ca. dicitur. Curā habe de bono noīe. hoc enim magis p manebit mille thesauri magni ⁊ pciosi. Que ꝑba explanant sic. Curā habē de bono noie ꝓseruādo ne amittat ꝑ curādo vt restituāt. ꝑcipue bñ est iniuste ablatū. Uel curā habe de bono noie. i de bona fama q̄ nō est appetēda ꝓpter se: qz tūc esset vana gl'a: sz ꝓp honorē dei ⁊ edificationē ꝓximi Uel curā habe de bononoie sez de bōe ope vt bñ viuas. Si cñ bñ operādo. ⁊ bñ viuēdo acqrit bonū nomē ⁊ hoc ꝯ ypocritas q̄ vocari volūt ⁊ ee nō volūt, nomē appetūt officiū negligūt. Uel curā habe de bono neie. ꝓsupposito tñ bono ꝓsciētie. Uel curā habe de bono noīe s. quo xp̄ia nº vocaris Uñ. j. Johā. iij Uidete qualē charitatē dedit nobis deº vt filij dei nominemur ⁊ sm⁹. Et io h. j. c. Dedit eis ptāē filios dei fieri. Demū curā habe de bono noie id ē diligere, appete ⁊ ora, vt nomē tuū scriptū sit in libro vite. Luce. x. c. Gaudete ⁊ exultate: qz nomina vestra scripta sunt in celis. Ampliº bona fama est vobis necessaria ꝓpter alios ne scādalizent ⁊ malū exēplum sumāt ad peccandū: qz sm hiero. opera salutis sine fama boni odoris nō satis relucēt auditoribus. Nec fama sine opere proficit sine q̄bº forma veri sacerdotis nō cōmendatur Jdeo secundum Aug. duo sunt nobis necessaria: scz cōscientia, ⁊ fama, conscientia propter nos: fama propter proximū Qui vero conscientie sue confidens famā negligit crudelis est. Inclyti ergo animi signū teste Cassiodoro fame diligere cōmodū. Nam qui affectat fame cōmoda pecunie negligit augmēta. Et iterū. regnantis facultas, tūc fit ditior cū remittit, ⁊ acquirit thesauros fame neglecta vtilitate pecunie. Leditur autē fama alicuius dupliciter: directe ⁊ indirecte sm Thomā in ij. ij. q. lxxiij. ar. j. in responsione ad tertium argumētum. Directe quidem quadrupliciter. Uno modo quando quis falsum imponit alteri. Secundo quādo peccatum adauget suis verbis. Tertio quando occultum revelat. Quarto quando id quod est bonum dicit mala intentione factum, vel peruertendo intentionem. Jndirecte autem leditur fama dupliciter Negando bonum alterius, vel malitiose reticendo vel inuidēdo. Hec Thomas. Tādem cogita si per alios multiplices modos oblocutus es contra deum vel proximum. Aut per clamores, iurgia, opprobria, dissentiones, rixas, seditiones verbositates, ⁊ huiusmodi. Jdcirco lingua est corrigenda: quia facilis est valde ad peccatum cum sit mobilis ⁊ sic instrumentum cordis. Immo quasi vnum cum eo: ⁊ ideo loquitur meditata. Quia propter mores hominis lingua pendit teste Hugone. Et qualis sermo ostenditur talis animus approbatur: quia ex abundantia cordis os loquitur. Hinc diuus Hieronymus ad principium in explanatione illius ꝑsalmi, Eructauit. Epistola incipit. Scio me principia in christo filia. dicit sic. Quo modo iuxta qualitatem ciborum de stomacho ructus erumpit:

Johān.

Lucas.

Bona fama est nobis necessaria ꝓ ꝑ alios.

August.

Hieron.

Cassiod.

S. thom.

Hugo.

Hieron.

et vel boni vel mali odoris status indiciū est. ita interioris hoīs cogitationes, verba proferunt. hec Hieron. Et sic liquet per dicta ad purum de secundo gradu peccatorum.

¶ De tertio gradu petō q̄ ꝓsistit in ꝓsummatione opis, tagit de decē p̄ceptis diuine legis. de septē peccatis mortalib⁹. de .v. sensib⁹ corpis. de trib⁹ virtutib⁹ theo. ac moralib⁹ atq; de alijs pluribus.

Amplius examinãda sunt ac diligẽter discutiẽda petã opis: q: ꝓsummatio peti est in ope. Et ideo petm opis hz speciẽ ꝓpriã: vt dictũ Tho. in .ii. q. lxxij. art. vij. Ad rememorandũ ꝙ petã opis opz multa ac varia discutere. In ꝓmis cogita diligenter. x. ꝓcepta diuine legis, q discurre singula: in quib⁹ deliq̄sti: vt inqt Joãnes Gerson in tripertito suo. c. xv. In decē p̄ceptis diuine legis: q̄si in speculo quodã polito, terso, q mũdo religionis q pure veritatẽ p'legere: ac totius vite nr̃e ac aiar̃ ꝓficiẽtiarũq; nr̃ar̃ pulchritudinẽ ac foeditatẽ possum⁹ distincte cõspicere. Quis mediãtibus cognoscit hõ vite sue decursum: qualr diuina p̄cepta seruauerit: q̄rũ deuiauerit: qb⁹ modis fm varias petõr̃ species deũ offenderit hec Joan. Gerson. Sed ad maiorẽ euidentiã etiam. x. ꝓceptor̃ diuine legis cõsiderandũ est ꝙ status ille iudaice legis fuit totus figuralis ac plenus obscuritatib⁹ q enigmatib⁹. Que obscuritas designata fuit Exo. xxxiij. vbi lra nra hz, ꝙ descendẽte Moyse de monte Sinay habebat faciẽ cornutã ex ꝓsortio sermonis dei. Alias sũt litera hz faciem splendidã: qđ melius dr fm Tho. in cõmento aureo sup̄ ij. epl'a ad Cor̄ iij in lectione. ij. Nec est intelligẽdũ Moysen habuisse cornua sicut quidã eum depingũt: sed dr facies ei⁹ cornuta propter radios q̄ videbant esse quasi q̄dam cornua: vt dicit ibidem Thomas. Ideo Moyses q̄n loquebat ad ꝑplm velabat faciẽ suã: qr vt dr. ij ad Cor̄ iij. c. Nõ poterãt intẽdere filij Jsrael in faciẽ Moysi ꝓpter glouã vultus ei⁹. Et Exo. xxxiij c. dr ꝙ filij Jsrael videbãt faciẽ egrediẽtis Moysi esse cornutã: sed opiebat rursus faciẽ suã: q̄n loquebat ad eos. Obscuritas ergo illius legis in hoc significata fuit ꝙ Moyses velata facie publicauit eam ꝑplo Jsrael. Velamen illud erat obscuritas figurar̃: que p xp̃m euacuata est: qr per eũ figure adimplete sunt q explanate. In cuius euidentissimũ signũ in passione eius velum tẽpli scissum est in duas partes a summo vsq; deorsum: vt dicitur Mathei xxvij q Marc. xv. q Luce xxiij. Ideo sanctus Thomas in iij. parte. q. xlv. art. iij. dicit sic. Diuisum est velũ in passione xp̃i ad ostendendũ reserationem mysteriorũ legis. Aperta sunt monumenta ad ostendendũ ꝙ per eius mortẽ mortuis vita daret. Terra mota est, et petre fisse sunt ad ostendendum q̄ lapides hominum corda per eius passionẽ emollirẽtur: q ꝙ totus mundus virtute passionis ei⁹ erat in melius cõmutãdus. hec Tho.

S. Tho.

Joã. Gerson.

Precepta diuine legis sũt speculũ ale rõnalis.

Nota omnia. sanctus thomas. q̄re facies moysi dicitur cornuta.

Paul⁹.

Obscuritas legis moysi in q̄ figurata fuit.

Nota de passione xp̃i.

S. Thomas de passione xp̃i.

Obscuri tas legis moysi in mlt̃itudie p̃ceptoꝝ

Amplius ondit obscuritas iudaice legis ex multitudie p̃ceptoꝝ eiꝰ. Nã dicũt hebrei, q̃ si ꝑutẽt ota p̃cepta tã affirmatiua ꝙ negatiua sũt in nũero sexcẽtũ tredecim: qr (vt dicũt) affirmatiua p̃cepta sũt. ccclviij. Sz ꝙre i tali nũero data fuerit q̃dã talẽ assignãt rõez, vez ex eo q̃ tot ossa sũt in corpe hũano scõm phisicos. Magnꝰ aũt albertꝰ alr cõputat ossa hũani corpis. Nã l. ij. li. ó aialibꝰ i tract. ij. c. xiij. ót sic ꝙz subtilissimã ꝑputationẽ sũt ossa i hoiscorpe cclxxj. ꝑter ea q̃ recepímꝰ. Quidã aũt nõ ꝑputãt vngues r nõ ꝑputãt duo ossicula guttur, dicũt cm̃ cartilagines ẽ, r nõ ꝑputãt ossa femoris q̃ nos in r spõdiles nisi ꝑ vno. r os caude ꝑ vno. Et dicũt q̃ etiã ossa ãchaꝝ eaꝺ sũt cũ osse femoꝝ. Et qr illi auferẽt a ꝑdicto nũero ossa. xxviij. dicũt nũerũ ossiũ ẽ ita q̃ ossa ducẽta sũt atq; q̃ter duodena. Hec Alber. Et sic patz q̃ p̃cepta affirmatiua iudaice legis cotinẽt in nũero ossibꝰ hũani corpis. Negatiua vero p̃cepta illiꝰ fm hebreos erãt. ccclxv. Rõ huiꝰ nũeri assignat a q̃busdã q̃ dicũt ex eo i tali nũero data fuisse: qr tot sũt dies in ano. s. ccclxv. Sicigr liquet q̃ ota p̃cepta legis moysi simr cõputata nũero. cxiij. Uidens aũt deus tantoꝝ p̃ceptoꝝ difficultatem compassus fuit in ppło. Et iõ tõtam illam mlt̃itudinẽ preceptorũ reduxit ad nũerum denarium qñ dedit legem Moysi in mõte sinay in duabus tabulis lapidcis: vt hr Exo. xxxiiij. c. In quibus quidem tabulis secundũ Aug. r alios doctores catholicos sic ordinata ac descripta p̃cepta decalogi. Nã in prima tabula erãt tm̃ tria p̃cepta q̃ ordinãt hoiez ad deũ. In alia aũt tabula erãt. viij p̃cepta q̃ ordinãt hoiem ad proximũ. Sz rabbi Salomõ r Josephus atq; ceteri doctores hebreorũ dicũt, q̃ in ꝑma tabula erant quinque precepta descripta r quinq; in alia. Uñ Josephꝰ in iij. lib. antiq̃tatis iudaice. c. vj. ót q̃ Moyses ostendit filijs isrl duas tabulas habẽtes scripta illa. x p̃cepta i vtraq; quina. hec Josephꝰ. Tãdẽ vẽit dñs iesꝰ xp̃s i hũc mũdũ petores saluos facere: qui aperiens sinũ clementie sue legẽ euangelicã cõdidit breuem, facilem, ac dilucidam. Legem vtiq; amoris dilectionis r charitatis vt ab omnibus posset sciri: r nullus propter ignorantiam aut difficultatem posse excusari in tramite salutis eterne. Idcirco omnia precepta decalogi reduxit ad duo. Hoc ptz Math. xxij. c. vbi quidam legisdoctor interrogauit dominum Jesum christum: dicens. Magister quod est magnum madatum in lege. Et ait illi iesus. Diliges dominũ deũ tuũ ex toto corde tuo, r ex tota anima tua, r ex tota mente tua. Hec est maximũ r primũ mãdatũ. Scõm aut simile est huic. Diliges proximũ tuũ sicut teipsum. In his duobus mandatis vniuersa lex pẽdet r pphe. Hec ibi. Cõsiderãs cm̃ dñs Jesꝰ nr̃az debilẽ fragilẽq; naturã, r q̃ non oẽs possunt sciẽtie infudare: nisi p longa tempora, r cum admixtione multoꝝ erroꝝ. Ideo vniuersalem legẽm in duobus preceptis dilectionis concluſit. Nam ota mãdata legis redu cũt ad actũ diligẽdi.

Ota ꝑcepta affirmatiua. Nota q̃ ossa sũt i corpe humano.

precepta affirmatiua erãt. cccxlviij. qr tot ossa sunt in corpe hois. Negatiua ꝑcepta erãt cclxv. et ꝙre Sũma otz ꝑceptoꝝ erãt. vij. C. xiij. dña iter doctores catholic. et he. Augustinus rab salo. r Josep. Ota ꝑcepta leg p xp̃z reducunt ad duo ota mãdata legis reducẽt ad actũ diligẽdi.

data decalogi ordinãt ad actũ diligent. Precepta em̃ ꝓme tabule ordinãtur ad diligẽdũ deum Precepta ꝯo scõde tabule ad diligẽdũ ꝓmũ. hinc paul⁹ ad Ro. xiij. c. Qui em̃ diligit ꝓmũ legẽ implcuit. Nã nõ adulterabis: nõ occides: nõ furaberis: non falsum testimoniũ dices: nõ ꝓcupisces: ꝛ si qõ est alõ mãdatũ in hoc ꝯbo instaurat. Diliges ꝓmũ tuũ sicut teip̃z: plenitudo ḡ lex est dilectio. Hec paul⁹. Sicut ḡ hõ ꝓstat ex duob⁹ ,scz aia et corpe: sic pfectio nr̃a ad deũ in his duob⁹ p̃cept⁹ ꝓsistit. Et sicut duob⁹ oculis videm⁹ oia: ꝛ duab⁹ auribꝰ: ꝛ duab⁹ naribꝰ adoramꝰ: ꝛ duab⁹ manib⁹ oia op̃amur: ꝛ duabꝰ ribꝫ vl̃ pedib⁹ ã bulam⁹. Sic pariꝫ in his duob⁹ mãdat⁹. s. in dilectiõe dei ,proximi: ꝛ omnia videmus: oia adoramus: omnia operamur ad salutem necessaria. Et idcirco signanter in duabus tabulis p̃cepta decalogi scripta sunt: vt daretur intelligi ꝙ omnia in duo per ꝓz erant aggreganda. Propterea. S. Thom̃. in. s. ij. q. cxcv. ar. j. in rñsione ad. ij. argumentum: dicit p̃cepta diuine legis a deo data sunt vt hoies instruerentur ad dilectionem dei ꝛ proximi: quia in his duobus mãdatis ois lex pẽdet ꝛ ꝓphete. vt dictum est Sed videamus pro recreatione languentis anime de singulis preceptis diuine legis aliqua sub breuibus.

Paulus.

Quare oia precepta reducunt ad duo.

Alia rõ S. Tho.

¶ De primo precepto diuine legis.

Sola obseruãtia ꝑceptoꝝ petitur a deo

NIhil enim sancta ꝛ singularis illa maiestas clementissimi dei aliud ab homine desiderat quã solam obedientiam celestium preceptorum eius: quam si quis puro corde obtulerit/ profecto nobile ac iuge sacrificium pro reuerentia eterni patris qui nos conclusit: ꝛ animauit satis pie religioseq; ditauit. In cunctis autem preceptis diuine legis cautius obseruandum est non quale aut quantum sit qõ iubet: sz ꝗtus sit ille q̃ iubet: vt ait Hieronymus ad Tesiphontem vbicum: ꝛ sicut alibi testat hieronymus. Non ideo putes aliqua cõtẽnẽda esse mandata. quia leuiora sunt. Tam enim maxima illa ꝙ minima a deo imperata sunt. Et contemptis cuiusq; preceptis precipientis iniuria est. In quouis. ꝓposito: in quouis gradu equale petm̃ est vel prohibita admittere/ vel iussa non facere. hec Hieron̄y. Et ideo facile ois precepta veniunt in effectũ. Ait Leo papa: qñ et gr̃a p̃cedit auxiliũ: ꝛ obedientia mollit imperiũ. Nec dura ibi necessitate seruitur vbi diligit quod iubetur. Et certe nõ est amicus recti (ait Aug.) qñ si fieri posset mallet id quod rectũ est nõ iuberi. Si vis ergo ad vitam ingredi: serua mandata inq̃t veritas: quia in diuinis mandatis maxima sapientia ac sciẽtia spũs̃ sancti reperitur: atq; in eis relucet ois reuerentia diuini cultus. Idcirco cum maximo ordine instinctu spũs̃ancti descripta ac numerata sunt. Primum igitur preceptũ diuine legis scribitur Exodi. xx. sic Non habebis deos alienos coram me. Per quod

Hieron̄y Leo pa. Augustinus.

Primũ ꝑceptũ.

preceptū dirigit in amore dei. Et ꝓpter hoc iubet illū legitime adorare ⁊ colere: ⁊ ꝓhibet oēm superstitionē ⁊ oēm cultū, ⁊ reuerentiam aliox deox, quos ecci petōx putāt deos, ⁊ nō sunt saturnū, dico iouē venerē, ⁊ cetera idolox portēta. Est q̄ppe idolatria maximū olim petōx. Idcō in hoc p̄cepto excluditur penitus ois cultus falsox deox. q̄si p̄cipuū impedimentū vere religiōis est q̄ hō nō pōt deo seruire ⁊ māmone: vt ait veritas Matth. vj. c.

Idolatria ē maximū oiz petōx.

S. Tho. Quid est idolatria

Triplex est adoratio.

Prop̄terea scire debes sm Tho in. ij. q. xciij. art. j. q̄ idolatrare nil aliud est. q̄ excedere debitū modū diuini cultus: qđ q̄dē p̄cipue fit q̄n diuinus cultus exhibet cui non dz exhiberi. Dz autē exhiberi soli summo deo rōne creationis ⁊ gubernationis. Ex q̄ patet q̄ idolatria nil aliud est. q̄ latr̄ā. i. cultū dei alicui creature exhibere. Nota ergo ad maiorē euidentiā huius p̄cepti q̄ triplex est adoratio: scz latrie, dulie, ⁊ hyperdulie. Prima adoratio dz latria, q̄ nil aliud est, q̄ quidā cultus siue honor deo exhibitus. Et sicut dicit S. Tho. in iij lib. sñtiax. dist. ix. vbi q̄rit, vtrum latria debet deo rōne potētie? hec latria p̄fecte est seruitutē quam debemus deo: qz sicut nos: vñ debetur sibi latria in q̄tū creator, fin q̄ ipse est finis, ⁊ origo prima nr̄i esse. Scđa adoratio dicit dulia, que fm Tho. in. ij. q. q. cxxx. ar. iiij. nil aliud est, q̄ quidā honor, vel cultus, vel seruitus, q̄ exhibet homini rōne alicuius

Prima adoratio dicitur latria.

S. Tho.

Secūda adoratio dulia.

dignitatis, sanctitatis, virtutis vel bonitatis. Sicut latria est seruitus, que debet deo rōne creationis. Tertia adoratio dz hyperdulia, que est dignior dulia: hec exhibet creature rōne excellētie singularis cōicate a deo. Sicut purissime virgini q̄ honoratur: vt mater filij dei. Idcō debetur ei nō qualiscunq̄ dulia: sed ratione tante dignitatis exhibet ei hyperdulia. Que ideo dz hyperdulia quasi per duliā ad latriā accedēs. Si ergo loquamur de adoratione latrie solus deus adorat ista adoratione, ⁊ nō adoratur dulia vel hyperdulia. Vñ Deut. vj. c dicitur. Dñm deum tuū adorabis: ⁊ illi soli seruies. i. sacrificiū offerendo in recognitionem dñij creationis: ⁊ qz in eo est suprema ratio maiestatis ⁊ dñij. Idcō seruitiū vel obsequiū sic deo exhibitum dicit latria, que est actus nobilissimus ⁊ maxime laudabilis. Nam inter ola obsequia, que agimus exterius ad reuerentiā pertinentia adoratio est signū, vel actus in eorum reuerētie permanere ostēsiuus. Vñ adoratio dz actus charitatis: qz charitas facit diligere deū: ideo facit adorare eū. Adoratio est actus fidei: qz fides ostēdit cui principaliter adoratio sit exhibenda. Etiā adoratio dz actus iustitie: qz iustitia dat vnicuiq̄ qđ suū est. Idcō adorat deum cui soli debetur adoratio. Nominatur pariter pietas q̄tum ad effectū deuotionis. Dicitur etiā religio quantum ad determinationē operū ad que homo se obligat in cultū dei. Dicitur quoq̄ theosobia, id est, diuinus cultus. Uel eusepia i. bonus cultus: vt dicit beatus Tho. in. iij. lib. sent. distin. ix. Et sic

Et actus iustitie.

Et actus pietatis.

ptz,ꝙ quicūqꝫ exhibet adorationē latrie alicui creature est idolatra:eo ꝙ diuinꝰ cultus nō datꝫ creature cui nō debetur. ¶ Cō sequēter sup hoc p̄cepto mouentꝫ aliqua dubia. Primo ꝙritingit dubitare an xp̄s debeat adorari vnica adoratione cū in eo sunt due nature l. hūana ⁊ diuina. Rñdeo ꝫz Thom. i. iij. pte. q. xxv. ar. j. vbi dt,ꝙ cū in xp̄o sit vna ps̄ona tm̄ ⁊ due nature: ex pte eiꝰ q̄ adoratꝫ est q̄dē vna adoratio ⁊ vnꝰ honor. Sz ex pte cause qua adoratꝫ p̄nt dici plures adorationes. Et dat exēplū sciūs Tho. de hoīe i q̄ sunt plures excellētie q̄ sunt cā honoris: puta prelatio, sciētia ⁊ virꝰ. Erit q̄dē illiꝰ hois vnꝰ honor ex pte eius q̄ honoratꝫ. plures tm̄ sm̄ causas honoris. Hoc etiā est q̄ honoratꝫ ꝑpꝫ p̄lationē, ⁊ ꝑpꝫ sciētiā, ⁊ virtutē. Sic igitur in xp̄o cū sit vna tm̄ ps̄ona erit vna adoratio eiꝰ ⁊ vnꝰ honor: sz cū sint plures cause honoris eiꝰ erūt plures adorationes eiꝰ. Ut sc̄z alio honore adoret ꝑpter sapiētiā increatā: alio ꝑpꝫ sapiētiā creatā. Et sic ptz rñsio q̄onis. ¶ Sc̄o queritꝫ. Utrū caro sit adorāda adoratione latrie? Et arꝫ ꝙ nō. Mā dictū est ꝙ latria exhibetur deo in recognitionē bñficiū creationis: ⁊ qz in eo est suprema ratio maiestatis ⁊ dñij. Sz creare nō cōuenit carni vel humanitati xp̄i: g̃ nō est ei exhibēda latria. Huic q̄oni rñdet sciūs Tho. in. iij. li. sent. di. ix. vbi q̄rit. Utrū hūanitati xp̄i sit latria exhibēda? In rñsione ad. j. argumentū vbi dicit ꝙ humanitas xp̄i p̄ōt considerari dupliciter. Vel ꝑut intelligitur nō cōiuncta ꝙ verbo. ⁊ sic nō debetur ei latria: sed hec consideratio est in intellectu tm̄. Vel prout intelligitur vnita ꝙ verbo: ⁊ sic p̄ōt ⁊ debet honorari vno honore cū verbo ⁊ sic debetur ei latria. Vel alio modo, ⁊ ita debetur ei dulia vel ꝙperdulia: ⁊ sic loquitur glosa super illud psalmi. Adorate scabellū pedū ei⁹. q̄ dicit ꝙ caro xp̄i nō est adorāda illa adoratiōe que soli deo debetur. Ad argumētū dt, ꝙ quamuis creare nō cōueniat carni vel humanitati xp̄i. Conuenit tm̄ ps̄one verbi cui vnit ꝑ tm̄ quā nō est minor patre: cū qua simul adoratꝫ ⁊ glorificatꝫ adoratione latrie: ex quibus ptz resolutio questionis. Si aūt scire vis vtrū imaginib⁹ xp̄i debeatur honor latrie. Vel qualis adoratio debeatꝫ fix̄e cruci, vel puriſſime virgini. Et iterum de adoratione imaginū ⁊ sanctorū. vide sanctū Thomā in. iij. lib. senten. distin. ix. per totum Et in. iij. parte. q. xxv. per totum. ¶ Tertio queritur. Utrum angelus possit adorari adoratione latrie? ⁊ videtur ꝙ sic. Mā legimus. Gen. xviij. c. ꝙ abraham sedenti in ostio tabernaculi sui in ipso feruore diei apparuerunt ei angeli: quos cum vidisset adorauit in terram. Etiam in. iij. lib. Regū. j. ca. habetur ꝙ Natham propheta ingressus ad regem Dauid adorauit eum pronus in terrā. Similiter Josue cecidit pronus in terrā adorans angelū qui apparuit ei: vt dicitur Josue. v. c. Item legitur Apocal. vlti. c. ꝙ Joannes voluit angelum adorare ⁊ prohibitus est ab eo. Non autem prohibuit

Mouentꝫ dubia.

S. thom̄ xp̄s adoratꝫ vnica adoratione.

Utrū caro xp̄i sit adorāda adoratione latrie? Arguit. S. thom̄

Rñsio ad argumētum.

Utrū angelꝰ possit adorari adoratione latrie? Adorat Nathā Adorat Josue.

set eũ angel⁹ si eũ dulia adorare voluisset: qz hec dulia angelis sctis debetur: & volebat cũ adorare latria. Et sic vr̃ q adoratio latrie q̃ soli deo debeť ẽt creaturis a sctis viris exhibeať. Hic obiectioni rñdet sctus Tho i.ij.ũ.q.lxxxiij.ar.j.in rñsione ad j.ar gumentũ sic dicẽs. Alia veneratione veneramur deũ qõ pinet ad latriã: z alia veneratione q̃sdã excellẽtes creaturas: qõ pertinet ad duliã. Et qz ea que exteri⁹ agunť signa sunt interioris reuerentie q̃dã exteriora ad reuerentiã pinẽtia exhibenť excellẽtib⁹ creaturis inter q̃ maximũ est adoratio. Sz aliq̃d est qõ soli deo exhibeť. s. sacrificiũ. Uñ Augu. dicit in x.lib. de ciuitate dei. Multa de cultu diuino vsurpata sũt q̃ honoub⁹ deferunť hũanis siue hũilitate nimia, siue adulatiõe pestifera. Ita tñ q̃ q̃bus ea deferũtur hoies hñtur q̃ dñr colẽdi z venerãdi. Scõm aũt reuerentiã q̃ creature excellẽti debeť Nathã pphęta adorauit dõ. Scõm aũt reuerẽtiã que debeť deo Mardoche⁹ noluit adorare Amã: timẽs ne honorẽ dei trãsferret ad hoiem: vt ẽ. hester. xiij. c. Et simil'r fm reuerẽtiã debitã creature excellẽti abrahã adorauit angelos: z etiã Jesue. vt ẽ. Josue. v. c. Quãuis possit intelligi quod adorauerint adoratiõe latrie deũ q̃ in pson̄a angeli apparebat. z loquebať. Uñ S. Tho. i. iij. lib. sñi ax. di. xx. vbi querit. vtrũ viris sctis sit exhibẽdus honor latrie: s rñsione. ad. ij. argumẽtũ ẽt, q angeli illi nõ apparuerũt abrahe i ꝓpa natura: sz in q̃busdã corporib⁹ q̃si imaginib⁹ assumptis. Uñ inquãũ erant imagines representãtes trinitatẽ poterãt adorari latria: nõ aũt inquantũ representabãt angelos ipsos. Si autẽ loquamur fm reuerẽtiã que debeť deo / phibitus est. Joannes angelum adorare Apoca. vlti. c. tũ ad ostendendum dignitatem hois quã adeptus est per xp̃m: vt angelis equetur. vñ ibi subditur. Cõseru⁹ tuus sum z fr̃m tuor̄, tum etiã ad excludẽdũ idolatrie occasionem. vnde subditur deum adora. s. adoratione latrie. Uñ dic fm Thomã in. iij. sent. distin. xx. vbi querit: vtrũ sine peccato alicui creature possit latria exhiberi in rñsione ad. j. argumentum q Joannes volebat adorare angelum dulia: sed prohibitus fuit propter tria. Primo ad ostẽdendum dignitatẽ ipsius Joannis que multis angelis dignior fuit. Secũdo ad euitãdũ speciẽ idolatrie ne sub pretextu dulie occasionaliter latria exhiberet creature: quod est maximũ malum. Tertio ad ostendendũ exaltationem humane nature super angelos in homine assumpto. Hec Thomas. Et sic ptz rñsio ad obiecta de angelis z p̃ consequẽs resolutio qõnis. Quarto quritur: vtrum adorans diabolũ transfiguratum in effigiẽ xp̃i per errorem inuincibilẽ delusus excuserur ab idolatria per talem ignorantiã. Ad hanc qõnem rñdeo fm magistrum Robertum holcot. in. iij. lib. sen̄ q. j. arti. v. principali: vbi dicit sic. Nõ solum talis excusaťr a pcõ immo tm̃ mereretur quantum mereretur si xp̃m adorarẽt: si tñ fecit qõ in eo fuit

S. thom̄ respõdet qõni.

Nota verba

S. thom̄ Abrahã potuit ãgelis exhibere latriã z qõo

Nota q Joãnes volebat angelũ adorare.

Alia rñsio. Joannes phibit⁹ est adorare ãgelũ triplici ratione.

Utrũ adorans diabolũ trãsfiguratũ pecet robert⁹ holcot.

ad discernēdū an xp̄s sint vl̄ nō? Et adducit tal̄ rōnē. Ostēdat se xp̄s petro in certa effigie credat petr⁹ eū eē xp̄z ⁊ adoret eū adoratiōe latrie. Et sil̄ oñdat de⁹ diabolus vno in ꝑticl̄i effigie Jesu ⁊ sub eisd̄ figuris ⁊ adoret eū Joānes. Tūc q̄ro an Joannes peccat an nō? Si sic ꝙ petr⁹ peccat. Cōsequētia ptz: q̄ nemaiorē certitudinē hz petr⁹ q̄z Johānes. Si xo nō peccat/hr̄ ꝓpositū. Iterū Robert⁹ Holcot in eod̄ ar. post mlta aurea dicta ꝓbat ꝓpositū suū p talē instātiā. Ponat ꝙ xp̄s dimisisset hūanitatē assūptaz iā adultā: ⁊ hoc latuisset btā v̄ginē ipsāmet nihilomin⁹: adorasset istū holez adoratiōe illa qua pu⁹: igr̄ erraret: ⁊ tamen in nullo peccasset. q̄r errōr facti ē simpl̄r invincibilis. Notādū est ergo sm Robertū holcot ibidē ꝙ contingit errare duplicit̄r: vl̄ errore periculoso/vl̄ errore nō periculoso. Error periculosus est quotiens quis errat ꝓtra articulos fidei, vel ꝑcepta divina. Error non periculosus est q̄n aliquis decept⁹ ignorantia invincibili approbat falsa pro veris. In casu autē istius articuli de trasfiguratione diaboli in effigiē xp̄i: verū est ꝙ Joannes erat credens illū q̄ est diabolus esse deum: sed certe error iste cum sit invincibilis ⁊ non sit ꝑ aliquē articulū nec contra bonos mores non est periculosus: ⁊ hoc est qđ expresse dicit magister lib. iij. di. iij. c iiij. Diabolus em̄ transfigurans se in angelum lucis si credatur bon⁹ nō est error piculos⁹. hoc etiā satis declarat Aug. in lib. Enchiridion. c. lix. Et est glosa communis. ij. Coz. xj. c. Sathanas enim trāsfigurat se in angelum lucis quādo sensus corporis fallit: mētem ꝙ nō mouet a vera rōne vel sīa/nullū est in religiōe piculū: quisq̄ vitā fidelē gerit. vl̄ cum se bonum fingens ea vel facit, vel dicit q̄ bonus angelus, Etiam si credatur bonus non est error periculosus aut morbidus: hec omnia Robert⁹ holcot. ¶ Sed sanctus Thomas sup hac questione in iij. li. senten. dist. ix. vbi querit. Utrū sine peccato possit latria exhiberi alicui creature. In rōne ad iij. argu. dicit sic. Nō potest diabolus in specie christi apparēs sine peccato adorari: nisi sit ꝑditio actu explicita. Non em̄ sufficit solo habitu. Quia nouitas rei insolite ꝓsiderationem ⁊ attentionem req̄rit. sicut dr̄ de beata v̄gine. Luce. j. ꝙ cogitabat qualis esset ista salutatio. Hec Thom̄. Sed q̄r teste Gregorio hostis nostri malitia tanta arte decipiendi se palliat: vt plerunq̄ ante deceptus mentis oculos culpas virtutes fingat: vt inde quisq̄ quasi expectet premia. vñ eterna dign⁹ est invenire tormenta: Idcirco notanda sunt aurea verba sancti Thome q̄ nos cautos reddit q̄n Sathanas se transfigurat in angelum lucis ꝙ que signa cognosci possit. Vñ in cōmento aureo super. ij. epl̄ām ad Coz. xj. c. lectione iij. super illo passu. Ipse enim Sathanas trāsfigurat se in angelum lucis. dicit sic. Notandū est enim ꝙ Sathanas transfigurat se aliq̄n visibiliter: sicut btō Marti-

Nota pulchrā rōnez

Robert⁹ Holcot. hō errare pōt dupliciter.

Magr sīa.

Aug.

S. tho. qđ dicit sup hac q̄stiōe.

Grego.

Sathanas, per q̄ signa cognoscitur.

no vt deciperet eū, & hoc mō multos decepit. Sed ad hoc valet & necessariū est discretio spūs quā specialiter deus ꝓtulit b. Anthonio. Jn hoc ñ pōt cognosci q̄ sathanas sit: q̄ bon⁹ angelus in principio lętat ad bona & pseuerat in eis. Sz malus i principio quidē p̄ędit bona: sed postmodū volēs expirare desiderio suo q̄ intēdit. s. decipere, inducit, & instigat ad mal. j. Joā. iiij. Omni spūi nolite credere sz ꝓbate spūs si ex deo sint: q̄m multi pseudo ꝓphęte exierūt in mundū. Et iō Josue cum videret angelū in cāpo suo dixit. Judi. v. c Noster es an aduersariorū? Aliud ēt signū est q̄ bon⁹ angelus & si terreat in principio tñ statim cōsolatur & ꝓfert: sicut zachariā cui dixit. Luc j. c Ne timeas zacharia. Et ad beatā virginē dixit. Ne timeas Maria. Malus aūt angel⁹ si ispectacit & desolatū dimittit. Et hoc iō vt stupefactū facilius decipiat. & pſuadeat sibi. Aliq̄n aūt trāsfigurat se inuisibiliter: & hoc q̄n ea q̄ in se mala sunt facit apparere bona ꝙuertendo sensus ꝓhois inflāmando ꝓcupiscētiā. Prouer. xiij. Est via q̄ vr̄ hoi iusta: nouissima aūt eius deducūt ad mortē. Risus dolore miscebit: & extrema gaudij luctus occupat: Hieron. ibi. Sic decepit monachū quē dū ꝓposuisset in aio suo nūq̄ exire cellā suggessit ei diabolus q̄ bonū esset vt exiret ad ecclesiam & reciperet corpus x̄pi. Cui suggestiōi ꝓsentiēs ꝓpositū mutauit vadēs ad ecclesiā. Postmodū cognoscēs eū fuisse diabolū gl'iat⁹ est monach⁹ q̄ nō decepat eū: q̄ ad bonū fuerat. Et ñ iā remouit eū a proposito cōtinue stādi in cella. Postmodū vero iterū suggessit ei:: q̄ pater suus esset mortu⁹ & dimiserat sibi multas diuitias distribuēdas inter pauperes: & q̄ iret ad ciuitatem. ad quā cum iret nunq̄ rediit ad cellā & mortu⁹ est in petō: vñ valde difficile est q̄ hō caueat sibi. Et ideo recurrendum est ad adiutoriū diuinū. Job. xij. c. Quis reuelabit faciē indumenti eius. Quasi dicat nullus nisi deus. Hec Tho. ¶ Sunt alij q̄ dicunt q̄ Sathanas in angelū lucis trāsfiguratus: vel in spē x̄pi apparens non est credendus esse x̄ps. Nec pōt adorari sine petō: & ideo nullo modo est adorandus. Et si quis ignoraret: tñ dicunt non excusatur a petō nisi diligentem ad hibeat discussionē & cautelam: & hoc ꝓpter tres rationes. Prima est: q̄ ad hibet est p̄munitus per sacrā scripturam q̄ angel⁹ tenebrarū transfigurat se in angelū lucis vt dicitur. ij. ad. Corin. xj. c. Et Mat. xxiiij. Multi venīēt in nomine meo dicentes ego sum christus, & multos seducēt. Et ideo tenemur discernere & statim nō adorare. Secūda ratio est: q̄ habet remedij cōtra. Unde si oraret deum toto corde, vt reuelaret ei veritatē deus non dimitteret eū decipi. Jn hoc enim casu intelligitur illud. Joan. xv. ca. Quicquid petieris a patre in nomine meo dabit vobis. Hoc est q̄cquid petentis pertinens ad salutem: vt Aug exponit dabit vobis. Et hoc patet q̄ q̄ sic adorat non adhibet omnem diligentiā quā debet. Tertia rō est:

Aliter declarat q̄stio. Nota tres rationes.

Malus angelus stupefacit.

qz talis adorãs facile posset vitare piculũ apponẽdo cõditionẽ hoc mõ. Adoro te ĩ tu es xp̃s. Et ita ex oĩb⁹ supradictis ptz rñsio ad qõnẽ. ¶ Quinto q̃rit: vtrũ ille q̃ adorat hostiã nõ p̃secratã excusetur ab idolatria. R̃ fideo huic qõni fm Tho. in. iij. lib. sent. dist. ix. ar. quo supra in rñsione ad. iij arg. vbi dicit, q̃ ille q̃ adorat hostiã nõ p̃secratã oz eã adorare sub p̃ditione: scz si est cõsecrata. ℳõ th opz q̃ hec p̃ditio semp sit actu explicita: sed sufficit q̃ habitu teneat illã. Uñ nõ peccat adorãs eã: qz nõ adorat puram creaturã: sed xp̃m fm intẽtionẽ suã. Sacerdos aũt q̃ĩ tũ se facit ppt̃m idolatrare: qz offert ei purã creaturã ad adorãdũ. hec Tho ℳota ergo hic fm Robertũ holcot. ad maiorẽ euidentiam hnius qõnis, q̃ hõ põt facere oẽm adorationẽ: scz cũ qua stat cõtinue recta intẽtio in credẽdo: et tenet habitualr: sic dicẽs ifm vnũ deũ volo adorare: sup posito q̃ credat verũ deũ esse deũ. Jõ scire debes q̃ multoties hõ p fidẽ erroneã meret: et p̃cipue qñ errat errore inuincibili, q̃ excusat a toto. Hoc aũt ostẽdi põt per multa exẽpla: et p varios casus q̃s ponit p̃dict⁹ doctor Robertus holcot in. iij. lib. sent. q. j art. v. p̃ncipali. Et p̃mo ponit casum cõmunẽ et vulgarẽ sic dicẽs. Ponat q̃ aliqua vetula audiat p̃latũ suũ p̃dicantẽ aliquẽ articulũ hereticalẽ, de quo ipsa nõ tenetur hr̃e fidẽ explicitã. Sicut esset gr̃a exẽpli de isto articulo. An xp̃s fuerit lãceatus ante mortẽ vel post: et p̃dicet ubi assentiri q̃ xp̃s ante mortẽ lãceatus fuit. Jsta vetula ꝓpt obediẽtiam quam hz et bonã volũtatẽ, qua vult credere q̃cq̃d eccl̃ia credit, assentit isti sic p̃dicãti volũtarie putãs q̃ eccl̃ia hoc credat. Hoc casu posito dico q̃ ista vetula per istã fidẽ erroneã meret: cuius ꝓbatio est: qz assentit ex bona volũtate: et errat errore inuincibili q̃ excusat: ergo meret. ¶ Sc̃o legimus Luc. ij. c. q̃ xp̃s duodecim erat annoz cũ ascenderet Hierusalẽ cũ parẽtibus. Et cũ illi ꝓsumptis diebus festiuitatis redirẽt: remãsit in tẽplo puer Jesus nesciẽte matre in Hierl̃m. Ipsa ẽo p̃cedẽs itinere vnius diei estimauit eũ fuisse in comitatu viroz cũ Joseph. Cum autẽ cõstaret q̃ abesset q̃sierunt eũ dolẽtes inter cognatos et notos: in tertio die regressi sunt in Hierl̃m: et inuenerũt eũ in tẽplo in medio doctoz. Supra istã historiã q̃ro. An btã vgo meritorie credidit ipm fuisse inter notos et cognatos, vel nõ? ℳon lz dicere q̃ non: qz credidit ꝓut actus credẽdi et volẽdi quem post cõceptionem filij habuit fuit meritorius. ergo opz dicere q̃ meritorie credidit falsum. ℳã ꝓstat q̃ sua estimatio fuit falsa. ¶ Terno Magdalena credidit q̃ xp̃s fuit ortholamus: ergo de xp̃o credidit q̃ fuit nõ deus. Et tñ ꝓbabile est q̃ ipsa meruit sic credẽdo: qz xp̃s voluit eã sic credere. ¶ Quarto reliqui apli crediderunt Judã fuisse predestinatũ et dilexerunt eũ: ergo ipsi errauerũt sic credendo: et tñ sic errando meruerunt: et tenebantur sic credere sicut patet. Unde etiam de hoc qui est occulte malus bonus te-

Utrũ ille q̃ adorat hostiã nõ consecratã peccet petõ idolatrie? Robert⁹ holcot.

Per fidẽ erroneaz hõ põt mereri et quo.

Primus casus cõmunis.

Exẽplus de beata virgine Maria.

Nota de estimatione beate virginis.

Exẽplus de Magdalena.

De apostolis.

nenk credere bñ. Et iõ credẽdũ est q tenerẽt errare: nisi errarent
De alijs discipulis. ſtãte lege q̃ nũc est ipi peccarẽt. Quito aliq̃ discipli crediderunt
rẽz eẽ mortuũ postꝫ resurrexerat. qz nõ ꝓstabat eis de hora re-
surrectiõis sue: ꝯ tũc credidẽrt eũ resurrecturũ, z ꝑ ꝓsequẽs credi-
derũt falsuz. Et tñ nõ dñr iõ peccasse: qz ignorãtia fuit inuincibi
lis. Sexto mꝫti casꝰ occurrit in quibꝰ hõ credẽdo erronee me-
retꝫ. Judex cñ credẽs testibꝰ ꝯ innocẽtẽ de quo nihil nouit: nisi ꝑ
Judex iudi cat ecclia- stico. eos meritorie credit, z iudicat corde et ore q est occidẽdꝰ: tñ er-
rat. Similr iudex ecclĩasticꝰ credit z dictat ꝑz allegata deceptus.
tamen q adultera est vxor legitima z credit virũ renuentem eã
fore excõicatũ. Et de fetõ ecclia talem excõicat z tñ errat. Qui
Mlr de Loth. erroꝛ meritum inducit z in nullo diminuit. Silr elemosinarius
dat tyrãno credens eum pauperẽ indigentẽ. Jtẽ Loth, recepit
angelos z credidit eos fuisse hoies hospitio indigentes. Silr
De illoq credit se baptiza- tꝫ z non est. pr̃ putatiuus credit prolẽ alienã fuisse suã: z iõ eã nutrit et edu-
cat z informat. Similr aliqs se baptizatum credit: z nõ est in rei
veritate ista fides sibi sufficit ad saluationem: z tamẽ erronea
est. Et pariter laicus adorat hostiam nõ ꝓsecratam: q erroꝛ mlr
nõ põt sibi imputari: qz implicite credit oppositũ. Et ideo qz fi-
Quot z q̃ꝫ phi bẽt in ꝓ mo ꝑce- pto. des implicita est vera z sertã: nõ est ibi periculũ aliqd de errore.
Sic igitur ꝑz q ille q adorat hostiã nõ ꝓsecratã excusatur ab
idolatria ¶ Wemũ ꝓ cõclusiõe sciendũ, est q in isto ꝑmo ꝑcep-
pto, phibetur ois superstitio: ois diuinatio: ois incantatio: et ois
vana obseruatio Qui cñ talia, ꝑcurant aut operãtur, non co-
lũt vnum deum sed adorant deos alienos s. demões q̃ mẽdaces
S. Tho. idolatria est ꝑcñ ꝯ gruissimũ et quare. sunt: z alieni ab omni vitate. Jõ abnegãt verũ deũ: z ꝑ ꝓsequẽs
maculantur pcõ idolatrie: qd̃ quidem est olim pcõrũ maximũ.
hinc sacus Thñ in ij ij q. xciij. ar. iiij. dicit sic. Peccatum idola
trie grauissimum est. Sicut cñ in terrena republica grauissi-
mum esse vr q aliquis honorẽ regũ alteri impendat q̃ ro regi:
qz quantũ in se totum reipublice ꝑturbat ordinẽ. Jta in ꝑcis q̃
ꝓtra deum ꝓmittunt: grauissimũ q̃ppe esse vr q aliqs honorez
S Tho. Jdola- tria est cã oiz pcõ rum. diuinum creature impendat: qz q̃tũ in se est facit aliũ deũ in mũ
do minuens principatũ diuinũ Et sicut iterũ dicit sãctus Tho.
ibidẽ articulo. ij. in rñsione ad. j. argumentum: idolatria est cau
sa, initium, z finis ois peccati: qz non est aliquod genus pecca
ti qd̃, interdũ idolatria nõ ꝓducat vl expresse inducẽdo ꝑ mo-
dum cause: vel occasionem ꝑbendo ꝑ medũ inutij: vel ꝑ modũ fi
nis hec. Tho. ¶ Quicunq; ꝯ obseruat vota indiscreta: vt por-
tare barbam: vel nudatus incedit ad aliquam ecclĩam: vel vo-
Vota sĩ ta q̃ sũt. uet non comedere caput pisces, aut alterius animalis: vel q̃ vo
uet ieiunare in die dominica: vl nõ pectinare caput: aut non lo-
uare facĩ z hmõi: talia vota sunt stulta et irrationabilia. z ideo
prohibenda sunt: z qui animo obstinato obseruat ea peccat
mortaliter: z offendit in hoc primo precepto diuine legis. Nam

votū ꝟz doctores catholicos dz eē de re discreta z rōnabili: iuxta illō Pauli. rōnabile sit obsequū vrm. Uñ magr sniaꝝ in iiū. li di. xxxviij. ōt. Uotū ē restificatio q̄dā, pmissiōis spōtanee q̄ deo z ꝺ his q̄ dei sūt fieri dz, q̄ diffinitio allegat a. S tho i ij. ū. q. xxx v. iij. ar. j. Et ut ꝝ in iiū. li. sniaꝝ. dist xxviij. Si ꝛ q̄ faciūt incātationes demonū furta vl̄ ad sciēdū occulta. Et q̄ obseruāt sōnia ad sciēdū futura aut ill̄ fidē adhibēt Aut q̄ arte vtūr nigromantica. Aut cū sacramētis vl̄ rebꝰ sc̄ā mētalibꝰ incātationes/diuinationes/superstitiones ꝓcurat vl̄ facit, grauissime peccat. Et iā q̄ ex ꝓ stellationibꝰ vl̄ ꝓplexionibꝰ corpoꝝ vl̄ ex forma faciei vl̄ ꝟz linea manꝰ indicat aliq̄ determinate peccat mortal̄r. ¶ Quicūq; ēt colligit herbas flexis genibꝰ, aut dicēdo pr̄ nr̄. Aut q̄ comedit folia saluie scribēdo Aue maria. vl̄ nomē xp̄i vt liberet a febribꝰ, Ul̄ qui soli lune vel cuicūq; creature reuerētiā superstitiosā exhibēt se grauiter offendūt in primo p̄cepto. ¶ Si ꝛ obseruare dies egyptiacos, vel vnā diem magis q̄ aliā, fatuus est: z q̄ talia obseruāt animo deliberato peccāt mortal̄r. Illu parit q̄ ex garritu auiū vel vlulatu canum: aut ex occursu vulpis leporis lupi vel alterius a fa ℓ. Aut ex effusione olei, vini, salis aque z hmōi: aut qui ex agitatiōe aeris vel vētoꝝ suspicāt ꝓditiones fieri. aut aliquid mali vel boni euenire/leuitas magna est et plurimū tales male finiunt dies suos cum sint modice vl̄ nullus fidei. Et idcirco deus oēm diuinationem et superstitionē ꝓhibet sub pena mortis propter maximam iniuriā q̄ fit creatori. Uñ Deutero. xviij. c. ōt sic. Non inueniat in te q̄ lustret filiū suū aut filiā ducēt per ignē, aut q̄ ariolos scisciteꝰ, aut obseruet sōnia atq; auguria: nec sit maleficus nec incantator. neq; phitones consulat nec diuinos: z q̄rat a mortuis vitatē. Hec ibi. Sz q̄ pena mortis sit talibus danda oñditur clare Leuiti. xx c. vbi ōt sic. Alia que declinauerit ad magos z ariolos, z fornicata fuerit cū eis ponā faciem meam ꝓtra eā z interficiā, illā de medio populi mei. Et in fine capituli eiusd̄ ōt sic. Uir siue mulier in quibus phitonicus vel diuinationis fuerit spūs morte moriantur/lapidibus obruent eos. Hec ibi. hinc Aug. et hr̄ xxvij. q. ij. Non obseruetis dies qui dñr egyptiaci aut kalendas Januarij: q: q̄ et has z quascunq; diuinationes aut fata, aut auguria obseruat: aut attendit: aut cōsentit obseruantibus inutiliter sine cā magis ad suam damnationē q̄ ad salutem tēdit Siue per quosdā numeros litterarū z lune z pithagoricā nigromatiā egrotātiū vite vel mortem vel ꝓspera vel aduersa futura inquirūt Siue qui attendunt somnialia scripta et falsa Danielis noie intitulata, z sortes que dicunt sanctoꝝ apl̄oꝝ: z auguria auiū. Aut aliqua pro domo facienda: aut ꝓpter ꝓiugia copulanda: aut in collectionibꝰ herbaꝝ carmina dicūt: aut pictaciolas ꝓ quauis infirmitate scriptas super homines et animalia ponūt / preter

Uotū ꝟz eē de re discreta z rōnabili. magnia rum.

S. Tho. Incātationes diuinationes phibēt z nigromatie.

No. diuinationes q̄ sequūt

Oīs diuinatio superstitio ē phibita sub pena mortis.

Aug no. oīa q̄ sequūtur.

symbolum ⁊ oratione dominicā. Aut magis falsitatibus in grandinarūs ⁊ tempestatibus credunt Qui autem talibus credunt ad eoꝝ domū euntes aut suis domibus introducunt ⁊ interrogant, sciant se fidem xp̄ianā ⁊ baptismū preuaricasse ⁊ paganum ⁊ apostatam. i. retro abeuntē: ⁊ dei inimicū irā dei, Graui ter in eternum incurrisse, nisi ecclesiastica p̄nia emendatus deo reconcilietur. Hec Augustinus. Iterum in capitulo precedenti Augustinus dicit sic. Admoneant fideles sacerdotes populos: vt nouerint magicas artes incātationesq; quibuslibet infirmitatibus hoīm nil remedū posse cōferre Nam talibus languentibus, claudicātibus, vel etiam morbundis quicq; mederi: sed hec esse laqueos ⁊ insidias antiqui hostis quibus ille perfidus genus humanū decipere nititur. Et si quis hec exercuerit clericus degradetur: laicus anathematizatur. hec ille Amplius cōtra hoc preceptū offendunt peruersi xp̄iani: qui colunt ista exteriora ac bona fallacia quasi deū. Quibus ait Hieron. Quod quisq; veneraꝛ plus ⁊ amat Hoc illi deus est Et idcirco superbus, ⁊ ambitiosus colit honorē famā, gloriā dignitates p̄laturas, pompam mundi, ventū ⁊ aurā humanā fauorē. Auarus colit aurū, argentū, pecunias, diuitias, rapinas, vsuras, furta. Cui crescit anor nūmi quantum ipsa pecunia crescit: vt inquit Juuenal. Luxuriosus colit adulteria, fornicationes, lasciuias, voluptates carnales: ⁊ breuiter libidinosa mens non solū eēm luxurie notā insequitur: sed ardentius eaꝫ honesta persequit. Et que carnaliter diligit quasi vltimo finaliter. Gulosus colit comessationes, ebrietates, lauta cōuiuia, delicata cibaria. de quibus dicit ad Philip. iij. c. quorum deus venter est Sunt alij qui precipitāter diligunt quosdā boies aut filios, aut amicos, aut reges, aut principes, aut p̄laros vel cōsanguineos. pro quibus nō verentur oia mala facere. Isti omnes scōm allegoriam abnegant primum preceptum ⁊ sunt idolatre, qui cultum dei creaturis exhibere videntur. Sed vt diligentius peccatrix anima conscientiā suam discutere valeat: infra subiungā decē precepta diuine legis pulchre explanata ac distincta p̄ versus. Quis vero hec carmina ediderit nescio hoc, vere scio q; fuit vir in diuinis scripturis eruditissimus ac secularium literarū non ignarus: qui breuiter ac dilucide omnia ⁊ singula apprehendit. que necessaria sunt ad legitime rememorandū omnes transgressiones diuine legis. Et scio q; auctor eorum antiquus est, ⁊ facundus, ac vir magne auctoritatis. Unde splendor ecclesie Thom. plerunq; hos versus in scriptis suis pro auctoritate adduxit. Et precipue in. iiij. lib. sententiarum. distin. xv. vbi mouet dubium. Utruz ille solus qui accepit rē alicuius ad restitutionē tenear? Ibi enim allegat duos versus septimi precepti sic dicēs. Quidam versus dantur de illis qui tenētur ad restitutionem tales.

Augustinus de arte magices ⁊ de aliis incātationibus q̄d dicit.

Offēdūt peruersi xp̄iani p̄ istud p̄ceptum.

Hieron.

Superbi.

Auari.

Luxuriosi.

Gulosus

Alij abnegant deum.

Laus cuiusdā doctoris sine nole.

Jussio consilium consensus palpo recursus.
Participans mutus non obstãs nõ manifestãs. Hec Thomas.
¶ Quomodo etiã ista duo carmina intelligẽtur: ibidẽ Thoss. pulchre explanat. Idcirco totis resumptũ viribꝰ suadeo vniuersis qui scripta nr̃a dignabunt perlegere: vt tã pro reuerẽtia diuine legis qꝫ eius qui ed:dit atqꝫ pro necessitate ꝓprie salutis hec carmina nõ solum in scriptis sed in memoria caro cor de retineantur. Super primo ergo precepto dicitur sic.

¶ Qui colit extra deum, vel sanctos quoq; creatum
Articulos fidei negans: si spemq; relinquit.
Voti transgressor vel qui mortalia vouit
Et tardans nimium: spernens implere promissum.
Ffine malo vouens: ac per se vota refringens
Incantans, faciens fieri breuia q malefactor
Inuenit atq; docens addiscens medius extans.
Aut orans obseruat somnia sortibus vtens
Blasphemansq; deum: qui murmurat vel maledicit
Uel non posse refert: sed despicit: accipit ipse
Cibans vt faciat mala prauus preterit iste.
Unum cole deum: si sic mortaliter egit.

Explanatio primi precepti p versus.

¶ Hec de primo precepto dicta sufficiant.

De secundo precepto diuine legis.

Secũdũ hoc̃eptũ diuine legis scribit in lib. Exo. Non assumes nomẽ dñi dei tui in vanũ. Sup quo hoc̃epto doctores catholici diuersa scribũt. Tu vo ad plenioꝝ intelligẽtiã nota sub breuibus aureã sententiam sci Tho. i. ij. q. cxij. ar. iij. vbi querit. Utrum sm hoc̃eptũ decalogi conuenienter tradatur. Nam vtq; per istud preceptũ nõ prohibet q̃libet assũptio diuini nois: qz ipa põt multis modis laudabilit assumi. vt ptz l diuinis laudibꝰ sꝰ et ꝓbꝰ dñi et iõibꝰ q aliis cerimoniis eccl'ie tã i ꝓdicatiõibꝰ qꝫ exhortationibꝰ. Nec cẽ phibet in hoc ꝓcepto ois iuratio p nomẽ dei: qz ipsa et multis modis põt. bñ fieri sicut i necessitate ad alicuius rei cõfirmationẽ q cũ cautela debita. Jõ Hieremie. iij. c. Et iurabis vivit dñs in ꝟitate q i iudicio q i iustitia: q bñdicẽt eũ gẽtes ipmq; laudabũt. hec ibi. Tũc em̃ sit reuerẽtia deo. Propterea ꝓcipit. Deuter. vj. c sic. Dñm deũ tuũ timebis q illi soli seruies q per nomen illius non iurabis. Sed in isto hoc̃epto phibet ꝓprie vana assumptio diuini nominis. vt dicit sctus Thomas. qñ. s. diuinũ nomẽ assumit ad ꝟfirmationẽ humani verbi p modũ iuramẽti vani. Potest tamẽ ex cõsequẽti intelligi qꝫ phibeat in ho: precepto ois inordinata nominis diuini assumptio. Cũ ergo dr. Nõ assumes nomen dñi dei tui in vanum: non debes intelligere qꝫ istud preceptum sit solum de hoc nomine deus: sed intellige de omni nomine quo deus nobis innotescit aut hebraice. vt cum

S. thom. Nõ phibet quelibet assũptio diuini nois.

Nec phibet ois iuratio hie remias.

Quid ꝓhibet in isto hoc̃epto scdz Thomã

Nota pulchrā exclamationē hebraice grece ⁊ latine .S. Thom̄. Assumē dū ē nomē deiad magnificādū mlt impetrādū: ⁊ tiplicit exponit. Explanatur hoc ꝓ mo ꝓpa liter.

Nota de illo q̄ iurat verū sine iudicio discretionis.

of tetragrāmatō:eloym:sabaoth:adonay.helio.Aut grece cū dicim⁹ agios:otheos:athanatos.Aut latine dicēdo opa:redēptor creator:gubernator:saluator:Et iō nota ꝑm Tho.vbi.s.in ꝓpōne hoc ad q̄tū argumētū:q̄ oib⁹ nominib⁹ dei maxia debet reuerētia ex pte rei significate q̄ē vna ⁊ infinitē bonū ⁊ oēz ꝑfectionē. Nō alit rōe vocū significātiū q̄ sūt mlte.Et iō singulariter ait dominus: Non assumes nomen dei tui in vanum: quia non reputabit deus eum qui super re perquodcunq; nomē dei periurium cōmitatur. Hec.Tho. Cauendo peccator ne assumas in vanum nomen creatoris tui:sed multo potius assumendum est ad valde honorandum ac magnificandum Cum sit magnum ad timendum:sanctum ad venerādū:dulce ad meditandū:copiosū ad miserandū:efficax ad impetrādū:fructuosū ad saluādū:⁊ occultū ad sciēdū. Jō Esaye. xlviij c.dr sic Dis q̄ invocat nomē meū in gl'iam meā creauī eū, formauī eū,⁊ feci eū. Ad rom̄.x.c. Dis q̄cūq; invocaverit nomē dñi saluus erit.Cōsequēter ad maiorē intelligētiā huius ꝓcepti scire debes q̄ triplicit pōt exponi Et ꝓmo spualit referēdo verba ad cor:⁊ sic corde pōt exponi nomē dñi assūi in vanū,sicut facīūt puersi xp̄iāi q̄ tm̄ nolenō re dicūt xp̄iani:lz sacrā eccl'ie recipiāt: tm̄ rē sacrāti nō hnt scz gratiā. Tales ergo assumūt nomē dñi nr̄i iesu xp̄i in vanū:qr cū xp̄ianus dicat a xp̄o:frustra ac vane nomē xp̄ianitatis assūere dicūt:ex eo q̄ fidē xp̄iane relig'onis nō hnt in corde.De q̄b⁹ p Esaiā dr. Hic ppl's labijs me honorat/cor āt eorū longe est ame.Hinc Aug.in libello de duodecim abusionū gradib⁹:q̄ libera quibusdam ascribitur Hugoni de scto victore.Alij vo attribuunt Cipriano:Jbi enim dicitur sic. Christianus qui nominis christi similitudinem tenet:morū q̄q; similitudinem habere debet.Jdeo christianus nemo recte dicit: nisi qui christi moribus coequatur Hecille.Jterum in libro de doctrina christiana Augusti .ita inquit. Christiani nomen ille frustra sortitur qui xp̄m minime imitatur. Quid em̄ prodest vocari q̄ non es/⁊ nomē vsurpare alienum. Sz si xp̄ianū te eē delectat:que xp̄ianitatis sunt vere et merito tibi nomen xp̄iani assume. Hec Aug. ¶ Secundo illud preceptū exponi pōt litteraliter referendo vera precepta ad os. Cum ergo dicitur. Non assumes nomen dñi dei tui in vanum. Jntellige q̄ p hec verba prohibēt̄ur nobis duo principaliter scilicet. per iurīū,⁊ iuramētum quod sit sine causa. Qui enim iurat pro nichilo peccat grauiter:quia nominat summā veritatem sine causa. Jdeo scire debes q̄ ille qui iurat verum sine iudicio discretionis ex aliqua forsan leuitate.in tali iuramento non est vanitas ex parte ipsius iuramenti: quia verum est sed vanitas ex parte iurantis Etiam ille qui facit iuramenta ex certa scientia sine legitima causa precipue que sonant quasi blasphemiam: vt quando quis iurat per corpus,vel per sanguinem dei, et similia. Aut

q̄ sonāt irreuerētiā. sicut cū q̄s iurat p vl̄nera aut p glagas xp̄i, talia iuramēta vidēt mortalia ēt si vex est ob̄ iurat. Et iō xp̄us ait. Mat. v. c Audistis: qz dictū est antiq̄s: nō piurabis. Ego aūt dico vobis nō iurare oīno. Nota q̄ xp̄s in his v̄bis p̄posuit negatiōez signo vniuersa'i affirmatiuo. Jō cū ōt nō iurare oīno, sens⁹ est nō iurare oīmode: vel nō iurare in oī casu: qz nō d⁹ fieri iuramētū leuit̄ ꝛ cū discursu rōis. Si aūt xp̄s diuisset oīno nō iurare: cū ibi negatio sequat̄ signū vniuersale: cēt sens⁹ q̄ in nullo casu cēt iurādū. Webem⁹ cauere a iuramēt⁹ si volum⁹ in vita p ficere spūali. Et rō huius est ꝛ scīm. Th. in opusculo de .x. p̄ceptis: qz in nulla pte ita fragiles sum⁹: sicut in ligua. Propterea. Jac. iij. c. ōt. Oīs em̄ natura bestiaꝝ. ꝛ volucrū, ꝛ serpētū. ꝛ ceteroꝝ domāt̄, ꝛ domita sunt a natura hūana, linguā aūt nullus hoīm domare pōt. hec ibi. Nā hō leuit̄ deierare posset. Hic v̄bis. ma. v. ait. Sit aūt ſmo vester est est: nō nō: q̄ō aūt his abūdāti⁹ est a malo est. Hec ibi. Est em̄ iuramētū sicut medicina: vt ōt. Tho. que nō seu per accipitur nisi in necessitate. Idcirco. Eccliā. xxiij. ōt sic. Jnrationi non assuescat os tuum multi em̄ casus in illa: nominatio v̄bi dei nō sit assidua in ore tuo: ꝛ nolbus sctōꝝ non admiscearis: q̄m̄ non eris unmunis ab eis. Hec ibi. Sz nota ꝛz Tho. vbi ꝑ. q̄ q̄ds aliquādo iuretur per creaturas: tm̄ sciēdū est q̄ in omnibus his nō iurat̄ nisi per deū. Cū em̄ iuras p alaz vel per caput tuum nil aliud est q̄ alaz obligare pene infligende a deo. Item cum iuras p euangelium etiā puras deum q̄ dicit cuāgeliū: ꝛ sic de ceteris iuramentis. Et iō peccat grauiter q̄ iurant per deum de facili aut per euāgeliū. Et breuiter q̄ q̄ dicunt aliquid contra gratiā dei assumūt nomē dei in vanū. ¶ Consequenter cum ōt. Non assumes nomē dei tui in vanum in his v̄bis p̄hibetur nobis directe periuriū. Et iō q̄n nomen dñi assumit̄ ad confirmationē falsitatis: tūc directe assumit̄ in vanum. Hinc zacharie. viij. c. Juramētū mēdax ne diligas. Et item̄ riij. c. Non iuues: qz mendaciū locut⁹ est in nomine domini. Et in lege Moysi prohibetur iuramentum falsum. Un̄ Deutero. v. c sic. Non vsurpabis nomē dei tui frustra: qz nō erit impunitus qui sup re vana nomē ei⁹ assumpserit. hec ibi. Mo. ergꝫ scōm. Th. in opusculo de decem preceptis, q̄ ille q̄ iurat falsum facit iniuriam deo. sibūpsi. ꝛ oībus homib⁹. Primo quidē facit iniuriam deo: qz cū iurare nil aliud sit q̄ deū testem inuocare. Jō cum quis iurat nil aliud facit nisi q̄ inuocat ei⁹ testimoniū. Cum ꝫ iuras falsum tu credis deū nescire vex: ꝛ sic pōis ignorantiam in deo. Cum tamen omnia nuda: ꝛ aperta sunt oculis eius: vt dicitur. Ad hebreos. iiij. c. aut credis q̄ diligat mendacium cū tamen odiat ipsum: iuxta illud. Dauid. Perdes oēs q̄ loquuntur mendacium. Aut derogas potentie sue quasi non possit testimonium reddere: vel quasi non possit de eo punire

Nō o intelligī v̄bū xp̄i. s. nō iurare oīno.

S. tho. Jacob⁹.

Math. Eccliast.

S. Tho Mo. de iuramēto. Jn isto p̄cepto p̄hibet nob⁹ piurium.

zachari.

S. Tho. Qui iurat falsū facit in iuriā deo sibi ipi: ꝛ hebr⁹. Paulus.

¶ Scdo q̄ iurat falsum facit iniuriā sibiipsi: qr talis obligat se iudicio dei. Quia nichil est aliud dicere per deū ita est. nisi q̄ deꝰ puniat me si ita nō est. ¶ Tertio q̄ iurat falsum iniuriat oībꝰ hoībꝰ; qr nulla iter aliqs societas durare pōt nisi credāt subiniuicē.

Paulus

Dubia em̄ iuramētis cōfirmāt. Uñ Paulus ad Hebr. vj. c. ait. Ois cōtrouersie finis ad ꝯfirmationē est iuramētū. Et sic patet q̄ q̄ iurat falsum iniuriat deo, r est crudelis sibi r nociuꝰ hoībꝰ.

Mathꝰ

¶ Tertio istud preceptum exponitur principaliter referendo illud ad opa veritatis. Cū em̄ operamur ea q̄ gloriā dei manifestant: tunc adimplemus hoc preceptum iuxta illud. Math. v. c. sic luceat lux vra coram hoībꝰ vt videāt opa vra bona r glorifi cēt patrē vestrū qui in celis est. Cōtrariū faciūt quidā de q̄bus

Paulus.

tinent ad salutē qz de talibus ho cum excōicato loqui potest, et etiā alia verba interserere: vt facilius saluris verba ex familiaritate recipiātur. Extenditur etiā quedā personē ad quas specialiter pertinet pulsio excōicati: scz vxor, seruus, filius, rusticus et seruiens: ad hoc intelligendū est de filio nō emancipato: alias teneret vitare patrē. De aliis aūt intelligitur qz licet excōicato cōmunicare: si ante excōicationē se ei subdiderunt non aūtē si post. Quidā aūt intelligunt econuerso: sed qz superiores possunt licite cōmunicare inferioribꝰ. Aliꝰ vero cōtradicunt. Sed ad minus in his etiam cōmunicare dīt in quibus eis sunt obligati. Quia sicut inferiores obligātur ad obsequiū superiorꝫ ita superiores ad pruidentiā inferiorꝫ. Sūt etiā quidā casus excepti sicut qñ ignorat excōicatio, et quando aliqui sunt peregrini in terra excōicatorꝫ qui licite possunt ab eis emere: vel etiā accipere elemosynam. Et similiter si aliquis videat excōicatū in necessitate: qz tūc ex p̄cepto charitatis tenet ei p̄uidere Et hec ia hoc versu continetur. Utile: lex humile: res ignorata: necesse. Ut vtile referat ad verba salutis. Lex ad matrimoniū. humile ad subiectionē. cetera patēt. hec Tho. Ad clare intelligendū hanc materiā de participatiōe cum excōicatis est p̄siderādū, qz excōicatio minor ꝓtrahitur participando cum excōicatis maiori excōicatione in casu non cōcesso: sed qui participant cum excōicato minori excōmunicatione non incurrunt aliquam excōicationē vel peccatum. Et hoc est qđ ꝓmuniter dī a doctoribꝰ qz excōicatio nō transit in tertiā personā. Tota ergo difficultas p̄sistit ad cognoscēdū qui sunt casus in quibus homo potest versari cū excōmunicatis maiori excōicatione salua ꝓscientia. ¶ Idcirco nota, qz sanctus Thomas in iiij lib. sententiarum distin. xviij. art. vt supra. Excipit quinqz differentias personarum que eēs comprehenduntur in isto versu, qđ ipe ibidem allegat videlicet. Utile: lex: hūile: res ignorata: necesse. Et ideo ad maiorē euidētiā post illa q̄ ipe ibidē magistraliter determinat scire debes primo, qz participantes cum excōicatis maiori excōicatione nec cōtrahunt minorē excōicationem excusantur respectu vtilitatis. Ideo dicitur in versu. Utile. hec autem vtilitas est duplex. Una quidem ipsius excōicati: vt cum quis loquitur ei de his q̄ pertinent ad absolutionem procurandam: vel etiā ad salutem anime: q̄uis alia incidenter interponat, vt verba salutis magis ꝓficiant: vt dicit ibidem sanctus Thomas. Et ideo ad predicationē admittūtur excōicati. Alia vtilitas potest considerari ex parte eius qui participat cum excōicato: ex eo qz debet ei aliquid dare, et si nollet dare potest in iudicio cōuenīri. Aliter excōicatus ex delicto ꝓmodum reportaret. Pōt etiam talis de salute anime sue licite loqui petendo ab eo consiliū si necesse fuerit casu quo non posset habere recursum ad alium ¶ Secūdo excusat lex matrimonij. Ideo cōsequēter dicitur in versu. Lex

Versus.

Q̄o cōtrahitur excōicatio minor

S. tho.

Duplex vtilitas excusat ab excōicatione.

Lex inſti monſ ex cuſat ab excõmu nicatiõe.

hoc tñ intellige cũ diſtinctiõe: nã ſi excõmunicatio fuit lata in alterũ ꝙiugũ, ex eo ꝙ mrimoniũ eſt illicite cõtractũ: tũc neuter põt cũ altero participare. Si vo excõmunicatio fuerit lata, ppt aliõ delictũ: tũc in participatiõe quo ad redditiõez debiti vterq; excuſat. In aliis vo mulier excuſat, participãdo cũ viro excõmunicato. Sz vir cũ ſit caput vxoris nõ excuſat participãdo cum vxore excommunicata: qz debet eã cogere vt faciat ſe abſoluere. Sed quid dicemus ſi marius vocaret aliquem excõmunicatũ ad menſam, nunquid vxor poterit comedere cũ viro ſuo ad mẽ ſam illam? Sup iſto caſu credunt doctores, ꝙ nõ: poteſt tamen in eadem domo in alia menſa comedere. ¶ Tertio excuſat hu militas ſubiectionis, vel ſeruitutis. Ideo filij qui ſunt ſub pote ſtate patrie, vel etiam emancipati qui ſunt commẽſales patri, z ab eo habent neceſſaria excuſantur participando cum patre excommunicato. Alij autem filij non excuſantur. Etiã mona chi excuſantur participando cum ſuo abbate excõmunicato. Et ſimiliter clerici deputati ad ſeruitium pontificis ſui excõmunica ti. Pariter excuſantur ſerui ancille, z ruſtici qui colũt terras do minorum ſuorum, z alij ſubiecti Diſtingue tamen ſi tales ante excommunicationem dñi ſui erant obligati, z iam inceperant ſeruire, tũc excuſantur. Si autem poſt excõmunicationẽ intra uerunt ad ſeruiendum etiam diſtingue: qz ſi ignorauerunt, po ſtea ſciunt non tenentur diſcedere cũ damno ſuo. Si vero a pn cipio ſciuerunt tenentur diſcedere: niſi neceſſitas eos cõpuliſſet ꝙ fierent de familia eius. Mercennarij quoq;, z nutrices filiorũ armigeri milites, z vaſſali excuſantur in his ꝺbus ſunt obliga ti ſuis ſuperioribus. Qui vero fuerint abſoluti ab obſequio ſer nitutis, vel fidelitatis, quãdiu eo ꝙ dñs eſt excõmunicatus de bent ab eo abſtinere. Excuſantur etiam patres participãdo cũ filijs excommunicatis. Et ſimiliter etiã dñi, z nobiles cum ſer uis ſuis excommunicatis: non quidem ſimpliciter ſm Thomã vbi ſupra. In his tantum in quibus ſunt eis obligati: qz ſicut inferiores obligantur ad obſequium ſuperio ꝙ: ita ſuperiores ad ꝙuidentiã inferio ꝙ. Sunt alij ꝙ dicunt, ꝙ tutius eſt dicere, ꝙ ñ excuſantur: qz tenebantur eos corrigere. Quarto excuſat igno rantia: ideo ſubditur in verſus. Res ignorata. Sed intellige de ignorantia facti probabilis. Tunc autem dicitur quis ignorare factum: qz non conſtat ei, ꝙ ille facit tale quid. Puta quod cleri cum verberauit: qz nec ipſe vidit, nec eſt fama iſta publica quod debeat omnino credi. Nam ſi ab aduerſario talia audit, vel a leui fama non debet ſibi de hoc formare conſcientiam. Si ve ro fama eſt publica, vel auditur a fidedigniis, ꝙ aliquis ſit pu blice excommunicatus, vel qz notorie aliquid fecit, propter ꝙ incidit in excõmunicationem: tũc debet talem vitare tã in publi co quã in occulto: donec fuerit certificatus. Sed ignorãtia iur ſ non excuſat, niſi illos quibus licet ius ignorare: vt ſunt pueri

Humili tas ſubi ectiõis excuſat ab excõi catiõe.

Plures ꝺditio nes hoiz excuſãt.

Ignorã tia excu ſat ab ex cõicatiõ ne, z quo modo.

nōdū doli capaces. taceo plura alia super hac materia. ¶ Quito excusat necessitas: tam excōicati q̄ participātis. ideo in fine ꝑsius ponitur necesse. Propterea peregrini, viatores, similes in necessitate cōstituti: licite possunt recipere ab excōicatis necessaria ad vite substētatiōez: vt dr Tho. vbi supra: nec ē expectāda vltima necessitas, verbi gr̄a. Si excōicatus a te petit hospitiū, nō debes expectare donec ab oīb⁹ alijs sit expulsus. Amplius pōt quis participare cū excōicato in eodē crimie propter quod quis est excommunicatus: scz dando consiliū, auxiliū, vel fauorem, z talis incurrit eandem sniam. Et intellige consiliū, vel auxilium sine quo nō erat facturus. Aut potest q̄s cum excōicato participare i crimine mortali: sed non in illo ꝓpter quod est excōicatus, z propter talem participationem peccat quidē mortaliter: sed non incurrit maiorem excommunicationem sed tantummodo minorem. Uel cum excommunicato potest quis participare in diuinis: scz recipiendo corpus x̄pi cum eo, vel sacros ordines, z tunc incurrit excōicationem minorem, z peccat mortaliter. In alijs autem casibus non peccat q̄s mortaliter participando cum excōicatis, nisi propter contemptum p̄cepti. Sacerdos autem qui aliquem excōicatum maiori excōicatiōe recipit ad diuina officia, seu ecclesiastica sacra, vel ad ecclesiasticam sepulturam, talis scz non sit irregularis, peccat tamen mortaliter, z est valde propinquus irregularitati: nam est ei interdict⁹ ingressus ecclesie. Et postquā est interdictus ingerit se in diuinis in suo officio sicut prius irregularis efficitur. Hec excerpta sunt a diuersis hinc inde: signanter summa Bartholomei de pisis, z a summa dñi archiep̄i de Florentia, z a scto Tho. ¶ Demum pōt q̄s participare cum excōicatis nō quidē in crimie: sed in alijs actibus hūane conuersionis in casu nō ꝓcesso, de quibus scribit Tho. in. iiij. lib. sentent. distin. xvij. vbi mouet dubium. Utrū diffinitio excōicatiōis a quibusdam posita sit cōueniens? adducit duos versus sic. Si pro delictis anathema quis efficiatur. Os, orare, vel conuiuio mensa negatur. Qui ergo participat in loquendo, comedendo, z in similibus cū eo q̄ est excōicat⁹ excōicatiōe maiori incurrit minorē excōicationem: sed declaremus hos versus. Primo cum dicitur in versu: os intellige, q̄ nullus debet participare cum eo qui est excōicatus excommunicatione maiori in osculo pacis siue in locutiōe: ideo familiaritas, pudor, timor, scandali non excusat participantem cum excōicatis in locutione. Nec etiam licet excōicato mittere literas, vel recipere, vel nuncios alij in casu quo liceret ei loqui. Si dicatur cur ecclesia tanta seueritate vtitur: vt interdicat fideles loqui cum excommunicatis. Quia cum lingua sit facilis, z mobilis cum difficultate retineri potest. Dic q̄ sancta mater ecclesia est tota clemens, z misericors ideo imitatur clemētissimū deū, qui teste scto Thoma in quarto libro sententiarum, distinctiōe

Necessitas excusat ab excōicatiōne.

Qui participat in eodem crimine.

S. Tho.

Uersus de clarāt nō debemus participare i osculo pacis.

Nota. Schoff.

xviij. vbi querit. Utrū ecclesia debeat aliquē excōicare? Pterū flagellat peccatores vt eos ad vitā salutis reducat. Aliqñ vero subtrahit bñficia sua: vt peccator hūiliatus infirmitatē suā recognoscat. Sic pariter ecclia separat excōicatos ab actib⁹ corpalib⁹ legitimis, ⁊ alia bñficia spūalia ab eis subtrahit: vt p hūiliatē seipsos recognoscāt, ⁊ ad deū redeāt. ¶ Scdo dr in ꝓsu oratore. Intelligit, q̄ non debemus cum excōicatis orare, nec dicere officium, nec audire missam cum eis. Et si excōicatus intrauerit ecclesiam ad orandum, alū tenentur exire, vel procurare vt exeat si est publicatus. Sunt q̄ dicunt, q̄ si excōicatus intrauerit ecclesiam non causa orandi: sed propter aliud agēdū, potest fidelis continuare orationem suā. ¶ Sed queritur, an p excōicatis sit orādū? Si dicis excōicati sunt separati ab ecclia: ergo nō est p eis orandum. Contra, ecclesia orat p hereticis, ⁊ paganis qui sunt extra ecclesiam: ergo etiam debet orare p excōicatis. quāuis sint extra ecclesiā. Respondet sanctus Tho. in libro sententiarum distin. xviij. vbi queritur. Utrum incompetens sit diffinitio excommunicationis. In responsione ad primum argumentum, dicens ita. Pro infidelibus oratur: sed primo ipsi fructum orationis non percipiunt, nisi ad fidem conuertantur. Similiter ⁊ pro excommunicatis orari potest, quanuis non inter orationes que pro membris ecclesie fiunt, ⁊ tamen fructum orationis non participant q̄diu in excommunicatione manēt. Sed oratur vt detur eis spiritus penitentie: vt ab excommunicatione soluantur. hec Tho. ¶ Tertio dicitur in versu. Uale per quod datur intelligi, q̄ non debes salutare excommunicatum. ideo qui salutat aut resalutat excōicatum, incurrit minorem excōicatiōez. Sunt qui dicunt, q̄ si aliquis assurgat, vl reuerētiā exhibeat alicui excommunicato aut inclinet se saluanti: aut moueat labia, dummodo nihil dicat, q̄ non incurrit excommunicationem. Ratio huius est: q̄ pene moliende sunt potius quā minus exasperande: vt dicitur de peniten. distinctiōe j. §. pene. ¶ Quarto sequitur i versu Communio. Intelligē, q̄ excommunicatus non debet ꝯmunicare, cum alīs in sacramentis. Uel non debet communicare in alīs actibus humane conuersationis, ⁊ precipue in actibus legitimis: vnde nō debet q̄s facere aliquem cōtractum cum excōicatis, tenet tamen ꝯtract⁹ factus cum similibus: deducto omni alio impedimento. Nota q̄ hic excommunicatio dicitur quedam exclusio a communione ideo excommunicare: id est extra cōmunionem facere, vel cōmunione priuare. Est aūt triplex cōmunio fidelīū. Prima dr cōmunio omniū corporalis quantū ad exteriorem ꝯuersationem: scōm actus legitimos q̄ attenduntur in osculo, in ofone: in salutatiōe, ⁊ hmōi. Scdo dr communio corporalis, spiritualis, ⁊ hec est q̄dū ad susceptionem sacramenti q̄, ⁊ p̄cipue q̄dū ad corporis xp̄i cōmunionem, Tertio dicitur ꝯmunio pure spūalis

Nō debem⁹ orare cū excōicatis.

S. Tho.

Nō debem⁹ salutare excōicatū.

que est per delectationem interioris charitatis, que consistit in participatione bonoꝝ spūalium: iuxta illud participem me fac deus oīm timentiū tē. Sic pariter scōm hanc triplicē cōmunionē est triplex excōicatio. Una quidē est que dicitur excōicatio maior, que excludit hoīem a ꝓdicta triplici cōione. Alia vero dicitur excōicatio minor, que cōtrahitur participando cum excōicatis maiori excōicatione in casu non cōcesso. Hec excludit hominem a participatione, ⁊ a cōione sacramēte ꝛ. Tertia dicitur excōicatio, que infligitur a deo pro oīni peccato mortali. Et talis excōicatio excludit charitatē, per quam participantur bona spūalia oīm fidelium in ecclesia dei. ¶ Quinto dicitur in vetita mensa negatur, per qō datur intelligi, ꝙ ꝓhibetur participatio cum excōicatis in cibo ⁊ potu. Sed si hospitatus sum in aliqua domo, ⁊ superueniat excōicatus, et ingerat se ad mensam: tunc si talis est publice excōuatus teneor surgere nō obstante cuiuscunq; scandalo. Si vero est occulte excōicatus, ⁊ nō possum sine nota surgere, non teneor surgere. Etiā dato ꝙ talis publice sit excōicatus nō teneor exire de domo: sed possum ibi hospitari. Sunt qui dicunt, ꝙ potest quis in eadē camera cum excōicato comedere: sed nō in eadē mensa. Ad maiorē tamen oīm supradictorum intelligentiā. Sunt diligenter notanda verba aurea scti Thome in. iiij. lib. sent. dist. xviij. vbi mouet dubiū. Utrum participare cum excōicato in casibus non cōcessis semper sit peccatum mortale: vbi sic ait. Quidā dicunt, ꝙ qñcunq; aliquis participat cum excōicato, vel verbo, vel quocunq; dictoꝝ modoꝝ, scōm quos ei cōmunicare non licet peccat mortaliter: nisi in casibus exceptis a iure: sed quia hoc videtur valde graue, ꝙ homo pro vno verbo leui, quo excōicatum alloquitur mortaliter peccet, ⁊ multis excōicantes laqueum damnationis iniȝcerēt q: od in eis torqueretur: ideo alīs probabilius videtur ꝙ nō semper peccat mortaliter: sed solum qñ in crimine sibi participat vel in diuinis, vel in cōtemptum ecclesie. Hec Thomas. Ex dictis patet ꝙ excōicatio minor aliqñ est peccatum mortale, aliqñ veniale. Uolo dicere stat ꝙ homo incurrat excōicationem minorē: ⁊ tamen nō peccat mortaliter: puta qñ homo participat cum excōicato de excōicatione maiori loquendo, salutando, orando, communicando, ⁊ comedendo, non eñ semper sic participando peccat mortaliter, dato ꝙ excōicationem incurrat: nisi fiat in contemptum ecclesie: vt dicit Thomas, vbi supra: dicitur autem ille participare ex cōtemptu, qui ad libitum sine respectu, aut sine necessitate cōuersatur cum excōicato loquendo, comedendo, ⁊ huiusmodi. Liquet etiā ex dictis, ꝙ excōicatio est grauissima omnium penarum: vt dicit Thomas in. iiij. lib. sent. dist. eadem: vbi queritur. Utrum pro aliquo temporali damno debeat quis excommunicari? Cum autem pene sint medicine: vt dicit Philosophus in. ij. lib. Ethicoꝝ. Ideo ecclesia vtitur excommunica-

Sicut ē triplex cōmūio ita triplex ē excōicatio.

Nō debemus ptícipare in cibo ⁊ potu cū excōicatis.

S. Thē

Not. ea q̄ sequuntur.

Ecclesia vtit excōicatiōe pro medicina.

tione pro medicamine alax. Et sicut prudens medicus curãdo morbidas egritudines vtitur aliquãdo medicamentis lenibus et suauibus: aliqñ medicaminibus afflictiuis ac mordacibus. Notola. Sic facit ecclesia in spũalibus: nam aliqñ curat infirmitates animarum per lenia z suauia: scz per exhortationes et monitiones blandas, z suasibiles, z per ministrationẽ sacramentox. Aliqñ autem curat egritudines animax per medelas mordaces z afflictiuas: puta per increpationes ac subtracionẽs sacramẽtorum, priuando, z separando a cõmunione fidelium, quantũ ad rebelles z incorrigibiles, z quantum ad hoc vtitur excõmunicatione, que est grauissima penax. Hinc Hiero. in epistola ad amicum egrotum consolatoria, que incipit. Quanq̃ certissime nouerim: dicit sic. Artis est medicine aliquotics ignibus ac ferro curare: quid mirũ si dñs nostrax medicus animax turbinibus exercitat? morbis examinet: calamitatibus purget? Fortitudinis est nr̃e quasi per ignes z flãmas vasox more purgari. Hec Hiero. Hec de septem preceptis ecclesie, que extẽduntur ad oẽs fideles dicta sufficiant. Nam sunt plura alia precepta ecclesie ad diuersos status personarum, que causa breuitatis omittuntur.

¶ Qualiter rememoratio beneficiox omnipotentis dei est salubris medicina languentis ac sitientis anime. Et agitur de septem sacramentis ecclesie dei in generali.

Hieron.

Leo pa. hõ debz esse gratus deo, iquo est plenitudo bonitatis.

LEmum quia nihil est, qõ sic indignationem prouocet altissimi dei, q̃ beneficia tacere diuina. Ideo teste Leo papa magnus periculum est homines esse ingratos deo, et per obliuionem beneficiox eius: nec de corruptione compungi: nec de remissione letari. Oportet ergo gratiosum esse hominem deuotum, qui precepta gratie, z munera eius manere sibi desiderat, ac multiplicari. Felix itaq̃ qui dona gratiarum reflectit in eum, in quo est plenitudo bonitatis z gratie. Cui si pro acceptis beneficijs gratos nos exhibemus locũ in nobis facimus: vt maiora adhuc percipere mereamur. Discute ergo diligẽtius o anima, quot z quanta beneficia tibi contulit omnipotens ac verus deus. Que obsecro corda que lingue, que voces ad agendas ei gratias cõtendere poterũt. Chryso. Propterea Chrysostomus in lib. de cõpunctione cordis ait. Similes molliamur: z omnes virtutes animi expleamus nihil digni gerimus ad ea que nosipsi percipimus a deo. Clama ergo cum Dauid z dic. Quid retribuã dño pro oibus, que retribuit mihi.

Augusti. Verba deuotissim.

¶ Iterum cogita ac tecũ mente reuolue aurea verba Augustini, que te excitant ad agẽdas gratias creatori tuo in libro de spiritu z anima. caꝑ. xix. Ubi pulchre cõmemorat beneficia sibi a dño concessa, dicens. Miser ego quantũ deberem diligere deum meum qui me fecit: cum nõ eram me redemit: cum perierã nondum erã, z ex nihilo me fecit: non lapidẽ: non arborẽ: non auem: non aliud ex animalibus: sed hominem voluit me esse. Dedit mihi

viuere:sentire,discernere.De multis periculis liberauit me. Oñ errabam reduxit me.Oñ ignorabam docuit me. Oñ peccabam corripuit me.Oñ contristabar cõsolatus est me. Oñ desperabã confortabat me. Oñ cecidi erexit me.Oñ steti tenuit me. Oñ iui duxit me.Oñ veni suscepit me.hec ꝛ multa alia fecit mihi deus: de quib⁹ dulce erit mihi semper loqui,semper cogitare,semper gratias agere pro oibus beneficijs suis. Cũ cñ cunctus sit pre sidens ꝛ cunctorũ curã gerat,ꝛ singulis quasi oĩbus prouidẽs. Ita totũ ad custodiã me occupatũ video:vt si ergo super custo diam meã stabo:quasi oim oblitus sit,ꝛ mihi soli intendere ve lit.Semper se presentẽ exhibet:semper se paratum offert:si me paratũ inuenit.Quocunq; me vertero: non me deserit nisi ego prius deseram.Nec̃ pro omnibus quod rependam habeo,nisi tantũ vt diligam.Non enim melius ac decentius q̃ per dilectio nem rependi potest:quod per dilectionẽ datũ est.hec Aug.Etiã Joã.Chrisо.ad deuote meditandũ ordinẽ mirabilẽ diuine pro uidẽtie,nos excitat in sermone septuagesime Qui incipit digni tas humane originis, vbi sic ait.Tibi celũ in die lucis splẽdore vestit,ꝛ solis fulgoribus decorat.In nocte clarissimo lune specu lo ꝛ astrorũ fulgore.vario polus ipse lustrat:vt diei noctisq; vi cissitudine,ꝛ numerositas tẽpoꝝ dignoscat ꝛ post diurnũ labo rem requies miseris mortalibus prebeat.Tẽpora alternis vici bus imutãtur.Frõdescũt sylue,amenãtur cãpi,prata virescũt, alalia cũcta diuersis ẏsib⁹ percepta edũt fenis:parẽti perio: ob sequia seruãt:Scatẽt fontes Amnes fluunt.Institutis terminis maria coercentur.Gaudet post hyemẽ ẏna tẽperies:estatis fla grãtia decoquit messes.Autũnas temulẽta suas exhibet vuia tes heyme madidantur imbubus terre. Suis institutis cũcta deseruunt:solus homo deo non seruit.Quid sit ibi vniuersa na tura constanter ediceret.Ego tibi a dño rerũ parẽte iperata fuꝛ ego circa te iussa iplere instituta seruare nascẽtia cuncta tribuere genitoris imperio iussa sum.Denicq; pareo:obtempero,ꝛ te mu tante nõ mutor.pareo inq; rebelli:obtẽpero,peccati:deseruio cõ tẽptori:Ceteꝝ si mihi instituta mutare iussa peruertere necessa ria denegare reꝝ dñs p̃cepisset:creatura cuncta viduata retine ret,nec q̃ cõtẽneret vlterius esseteꝝ cõtẽptor hõ digne interiret. hec Chryso:pr̃ q̃q doctoꝝ hie.ad cogitãdũ immensa bñficia a dño suscepta nos ꝓuocat in epla de hoie pfecto. Que q̃dẽ epla incipit. Ecce iteꝝ ad te scribo.Ita inquiẽs.Recordemur q mũ dus ex nihilo a deo factus est,ꝛ q cũcta alalia p deũ ẏbo opifi ce vocata sunt.Et infra ita subiũgit.Ille cõditor vniuersitatis manu sua nos de limo fre facere dignatus est:q̃ cogitatio vita est ale.Cñ hec est p̃ma.ratio viuẽdi.vt cui se debeat anima nõ ignoret,an alã p̃ter hanc decepta veneretur:ne vite sue myste ria velut vite auctores adoret. Nec intm̃ elementa meretur vt nõ indicet digna que facta credãtur:cũ ille magis sit adorãdus

Chryso. Vere mirabilis ẽ ordo diuine prouidentie. Turca verba.

Hieronymus.

qui tam miranda producit. O q̄ angusta est hec, & diua cogitatio, & q̄ vite plena est O q̄tum ipsum hoiem ad omne studium probitatis accendit. O q̄tum ille maiestatem sui cōmendat auctoris. Cum aliud ille nihil in creatura ol se p̄ter mandei formatum esse cōsiderat. Non terra nō maria non celū non denicq̄ sydera tam munda: tam pura: tam lucida hoiem solum cuiusdā limi & grauioris, & sordidioris elemēti illa formatum est dextra. Cuius dexterę palmus celū mensurat, & in mensura. Cuius pugillus terre spatia tam infinita sacētis includit: tanti fuit olim illum fuisse. hec Hiero. Deuotus etiam Ber. ad agendas gr̄as dño bonorum oim lagitori nos hortatur in aurea explanatione illius psal. Qui habitat in adiutorio altissimi. sermone tertio, sic dicens agamus gr̄as factori nostro. Benefactori nr̄o remuneratori nostro: imo potius spei nr̄e. Ipse eñ retributor ipse retributio nr̄a. Nec aliud iam q̄ iam expectamus ab ipso. Primū qđ nobis prestitit nosipsi sumus. Si quidē ipse fecit nos, & non ipsi nos. Parum ne tibi videtur: quia te fecit. Cogita q̄alem te fecit. Nempe etiam fm corpus egregiā creaturam: sed fm alam magis: vtpote ad imaginē creatoris insignem: rationis participem: beatitudinis eterne capacē. Porro ambo simul pre ceteris creaturis maxime admirandā coherentem sibi incōprehensibili artificio inuestigabili sapientia conditoris Itaq̄ tam magnū hoc donū est, q̄ magna res homo Sed q̄ gratuitū putas. Plenum est: qr nihil ante p̄meruit, qui penitus nihil fuit. hec Ber.

Deuot⁹ Doctor Ber. hortatur ad cogitādū subtilear tificium vnionis ante ad corpus.

¶ Septem sacramēta sunt maxima beneficia dei omnipotentis.

Isaias.

Unt pariter charo corde inter maxima beneficia omnipotentis dei, sacramenta ecclesie connumeranda, ac deuote cogitanda. Nam celestis medicus dñs Jesus humanum genus sanare cupiens venit in hunc mundū per assumptionem humane carnis: iuxta illud Esaie. lxj c. Ad annuntiandum mansuetis misit me: vt mederer contrito corde, & predicarem captiuis indulgentiam, & clausis apertionē. Tante quippe humilitatis ac māsuetudinis fuit dñs Jesus noster medicus animar̄: vt etiā se medicum notari nō dedignetur. Matth. v. c. Matth. Raban⁹ dicens. Non est opus valentibus medicus: sed male habentibus. Super quo verbo Rabanus dicit sic. Seipsum medicū dicit, qui miro medicandi genere p̄pter iniquitates nr̄as vulneratus est: vt vulnus peccator̄ nr̄or̄ sanaret. Propterea Aug ait. Magnus de celo ad nos venit medicus: qr magnus per totum mundum iacebat egrotus. Hic ergo celestis medicus ad curandas morbidas egritudines humani generis spirituales obtulit medelas, atq̄ solum modo sanauit egrotum: sicut oportune cōpetebat egroto ex parte egritudinis, & occasioni egrotantis atq̄ ipsius egritudinis curationi. Egrotus est iste homo: morbus autem est culpa originalis. Sed origo illius culpe, licet prin-

Augustī. Celestis medicus celestes medelas obtulit.

cipaliter fuerit ex consensu rationis: occasionem tamen sumpsit a sensibus carnis. Ad hoc ergo q medicina correspōderet morbo oportuit q nō tantum esset spūalis: sed q aliud haberet de se nsibilibus signis. vt sicut sensibilia fuerunt occasio anime labendi ita essent ei occasio resurgendi. Et propter hoc medicina nostri vulneris cōsistit in ecclesiasticis sacris. ¶ Sunt igitur sacramenta noue legis medicine quas instituit celestis medicꝰ quibꝰ sanant egritudines animarū. Hic Isidorus in .vj. lib. Ethymo. cap. xix. dicit sic. Ob id sacramenta dicuntur quia sub tegumento corporalium rerum virtꝰ diuina secretius salutem eorūdem sacramentorum operat. Unde a secretis virtutibus vel sacris: sacramenta dicuntur. Que ideo fructuose penes ecclesiam fiunt: qr sanctus in ea manēs spūs eorūdem latenter sacramentorū operatur effectū. Hec Isidorus: Sicut ergo hūana corpora solēt repleri malis humoribus q̄ quidem si non purgarent homines deducerent in mortem. Ita expedit habere medelas purgatiuas: vt salꝰ animarum conseruet. Septem igitur sacramēta quasi medicine celestes virtutem habent efficacissimā ad euacuandū hūores superfluos a stomacho languentis anime. Que quidem in numero septenario instituta sunt propter perfectionem numeri septenarii: ꝺ vt Hyeronymꝰ, Ambrosius, Gregorius, Beda. a Chrisost. testāt vniuersitas temporalitatis designat eo q septē diebꝰ omne tps hūanis vite comprehendit. Et ex hoc dat intelligi quanta sit virtꝰ sacramentorū. Quia etiā per septiformē spm fit remissio omniū peccatorū. Ideo septenariꝰ numerꝰ teste Gregorio apud sapientes huius seculi quadam sua habetur rōne perfectꝰ. ¶ Conuenienter igit celestis medicꝰ dñs Jesus septem instituit sacramenta: quia septē sunt vulnera quibus infirmat humanum genus. Primū vulnus est originale peccm quasi fundamētū aliorum criminū: contra quod ordinat baptismus. Secundū est peccatū veniale: cōtra quod ap propriate institutum est oleū extreme vnctionis. Tertiū est mortale peccatū contra quod est penitentia. Quartū est infirmitas siue difficultas ad bonū: contra qđ est confirmatio. Quintum est ignorantia vere q̄ contra qđ est ordo: quia ordinatus debet esse doctꝰ vt alios possit instruere. Sextū est concupiscētia effrenis: contra quod est matrimoniū. Septimū est affectio ad terrena a caduca cū corpore inordinato: contra quod est eucharistia: vbi visibiliter deū videndo ad inuisibilia rapi a accendi excitamur. Uel iō septem instituta sunt sacramenta, qr disponunt nos ad septē ꝑtues habendas. Nā baptismus est sacramētū fidei: confirmatio spei: eucharistia charitatis: pnia iusticie: extrema vnctio pseuerātie: q̄ est fortitudinis complementum: ordo prudentie: matrimoniū tēperātie. ¶ Aut septē sunt sacramenta: qr septē sunt diuersitates hoīm in ecclesia dei. Prima est ordinatorum quibus ordinat baptismus. Secunda est pugnantium

Sacra noue legis sunt medicine salutiferi.

Isidorꝰ

Septē sacra sāt contra septem vulnera.

Septē sacramēta varia signant.

quibus cōuenit confirmatio. Tertia est vires resumentiū quib' ordinatur eucharistia. Quarta resurgētiū, istius institutā est penitentia. Quinta exeuntium quibus dat extrema vnctio. Serta ministrantiū quibus datur ordo. Septima nouos milites introducentiū: pro istis institutū est matrimoniū. Iterꝝ, qꝛ status iudaycelegis q̄ fuit quasi totus figuralis legis gratie, iuxta illud Pauli .i. ad Cor. x. hec aūtoia in figura cōtingebāt: iō multa figuralia alienare possumus ad significandū eminētiō dignitatis sacrōꝝ ecclie dei. hinc Grego. in. xxxv. lib. moraliū. c. vii. ait. Septenario numero scte ecclie vniuersitas designat. Uñ Joānes in apocalypsi septē ecclesijs scribit: scd p eas, quid aliud q̄ vniuersalem ecclesiā intelligi voluit. Quem nimirū vniuersalis ecclesia, vt plena septiformis gratie spiritu signaretur. Heliseus super puerū mortuū septies aspirasse describitur. Super extinctū populū quippe dñs veniēs quasi septies aspirat: q̄ ei dona spūs septiformis gratie misericorditer tribuit. hec Gregorius. ¶ Septē igit sacramenta p̄figurata sunt. Primo p septē lucernas ardentes quas posuit Aaron ex precepto dei sup candelabrū tabernaculi: vt patet. Numeri. viii. ca. Spūaliter Aaron figurat dominū Jesum christū qui in tabernaculo ecclesie sue septē posuit lucernas ardentes. i. septē sacramēta, quorum virtute ꝛ merito anime fidelium illustrātur. ¶ Secundo septē sacramēta figurātur per septem buccinas, de quibus dr. Josue. vi. ca. q̄ tulerūt septē sacerdotes ex precepto Josue septē buccinas, quarum vsus erat in iubileo, ꝛ precedebant archā dñi. Iterū dr ibidem q̄ die septimo diluculo consurgentes filij israel: circuierint vrbē i hyerico septies. Cumq̄ septimo circuitu clangerent buccinis sacerdotes omni populo vociferāte muri ciuitatis illico corruerunt. Iste septē tube clangentes efficaciā septem sacramētorum denotant, quorum ministri septenario numero designati sunt: que omnia figuralia sunt tāti mysterij dignitate. Tertio sacra menta ecclesie figurata sunt septem lotionibus Naaman.

Gregor.

Naamā.

De quibus. iiij. Regum. iiij. c. q̄ Naaman princeps militie regis syrie si debuit mundari a lepra, oportuit vt septies lauaret seipsum in iordane iuxta preceptū helysei Uñ helyseus dixit ei. Uade ꝛ lauare septies in iordane: ꝛ recipiet sanitatem caro tua atq̄ mundaberis. Iste Naaman peccatorē. lepra peccatū mortale. Heliseus sacerdotē quasi ministrum designat: septē vero lotiones septē sacramenta, denotāt quibus criminalia p̄ctā tolluntur. ¶ Quarto septies describitur helyseus propheta aspirasse super puerū mortuū, vt suscitaret illum. iiij. Reg. iiij. c. Sic dñs Jesus septies aspirauit qñ septē sacramēta instituit. ¶ Quinto septē sacramenta figurātur per septem columnas de quibus dicitur. Prouerbiorum. ix. c. Sapiētia edificauit sibi domum, ꝛ excidit columnas septem. hec sapientia est dominus Jesus qui edificauit sibi domum ecclesie sue, in qua erexit columnas septē

septem sacramenta instituit quibus tota ecclesia fulcitur, et roboratur. Sexto septem sacramenta figurantur per septem stellas, et per septem candelabra aurea Apocalip. vij. c. ¶ Septimo ecclesie sacramenta denotantur per septem lampades ardentes de quibus Apocalip. c. viij. Septem lampades ardentes erant ante thronum dei. Taceo plura figuralia sacramentorum ecclie dei. Quia cum numerus septenarius sit multipliciter ꝓfectꝰ i scripturis sanctis: ideo eius dignitas multis varijsq; modis per omne corpus diuinarum scripturarum relucet. Hec omnia de tertio gradu peccatorum narrare volui: vt peccatrici ac languenti anime daretur occasio diligentius examinandi ac discutiendi peccata opera. ¶ Qualiter discussio peccatorum que est origo, et fundamentū contritionis debet fieri integraliter q̄ ad oēs circūstātias, et p̄cipue q̄ ad circumstātias aggrauātes, et q̄ trahūt ad aliud genꝰ. Alia quoq; notabilia valde pulchra, et necessaria de huiusmodi circunstantijs peccatorum tanguntur.

Septem sacra plura septenaria significant.

TErtio in hac discussione, vel examinatione peccatorū a qua originatur contritio obseruandum est: vt fiat integraliter quo ad omnes peccatorum circunstantias: Et ideo sapientes, et docti viri qui tam sua quā peccata aliorum iudicant tam in consilijs quam in confessionibus tenentur omnino scire huiusmodi circunstantias, et similiter cuncti peccatores qui ad veram penitentiam peruenire desiderant pro viribus debent discutere an peccata sua in talibus circunstantijs sint obuoluta. Idcirco ad maiorem noticiam scire oportet, quod circunstantia dicitur a circunsto circunstas. Circunstare ergo nihil aliud est quam circa aliud stare. Aliud autem quod circunstat non est de essentia eius quod stat. Ideo que circunstant nos non sunt intra nos: sed extra nos. Aliquo tamen modo actione sua dicuntur attingere nos. Ut patet per exemplum de loco qui circunstat locatum Unde Sanctus Thomas in. iij. q. articulo primo dicit sic. Nomen circunstantie ab his que in loco sunt derivatur ad actus humanos. Dicitur autem in localibus aliud circunstare, quod quidem est extrinsecum a re: tamen attingit ipsam, vel approximquat in secundum locum: Et ideo quecunque conditiones sunt extra substantiam actus humani, et tamen attingunt aliquo modo actum humanum: circunstantie dicuntur. Quod autem est extra substantiam rei ad rem ipsam pertinens accidens eius dicitur. Unde circunstantie actuum humanorum accidentia eorum dicēda sunt. hec Thomas. Idem vt in. i. q. xviij. ar. iij. ¶ Sunt igitur ex toto corde rememorande ac examinande ille circunstantie que trahunt peccatum ad aliud genus: qz plerunq; contingit in vno petō esse multas deformitates q̄s petōr tenet recognoscere. Hic Esaias. lxviij. c. hortatur peccatricem animam dicēs. Dissolue colligationes impietatis,

Sapiētes viri, et ꝓfessores tenēt scire circūstantias peccatorum.

Unde circūstātia.

S. Thomas

Esaias

solue fasciculos deprimẽtes: intellige hic per colligationes impietatis pecata mortalia: sed per fasciculos deprimẽtes intelligende sunt circũstãtie aggrauantes pctm̃. Jõ subiũgit Esayas dicẽs ꝛ oẽ onus disrũpe: quasi dicat. Si pctã fuerit ac discussa ꝛ examinata profecto onus pctõrum dirumpitur. Et ideo est diligenter ꝓsiderandũ, ꝙ omnes circũstãtie actuũ humanorum tribus modis se habent ad actũ pctl. ¶ Primo sunt alique circunstãtie q̃ nec speciẽ pcti variãt nec pctm̃ aggrauãt vt puta accipere rem alienã manu dextera vel sinistra, aut de mane, aut de sero. Uel percutere hominẽ indutũ veste rubea vel alba. Nã talis circũstãtie dicũtur se habere indifferẽter ad pctm̃, qr nullã deformitatẽ aut inordinatiõez importãt ad ꝓpriã ez. Ideo nec excusãt pctm̃ nec aggrauãt nec mutãt speciẽ vt ẽt sctus Tho. in. iiij. sententiarũ. di. xvj. vbi querit. Utrũ circunstantia possit trahere pctm̃ in aliam speciem. ¶ Secõ sunt alique circunstãtie q̃ non variant speciem peccati: sed aggrauãt pctm̃. Uñ sanctus Tho. in. j. q̃. q. xviij. ar. xj. vbi mouet dubium. Utrũ ois circunstantia det speciem actui. Dicit ꝙ circunstantia dat speciem boni vel mali actui morali inquantũ respicit specialem ordinem rõnis. Contingit autem quandoq; ꝙ circũstantia respicit ordinẽ rationis in bono vel in malo: nisi ꝓsupposita alia circunstantia a qua actus moralis habet speciem boni, vel mali. Exemplũ. Accipere alienum constituit speciẽ furti: sed si addatur alia circunstãtia: puta vt multum vel parum quis accipiat, hec circũstantia non respicit ordinem rõnis in bono vel in malo, vel importat aliquã deformitatẽ vel repugnantiã ad rõnẽ nisi ꝓsupposita prima circũstãtia: qr ꝛc alienũ accepit qõ repugnat actioni. Ideo tollere alienũ in magna vel parua quãtitate non diuersificat speciem peccati: nec est alterius speciei a primo sed pctm̃ aggrauat. Et ideo ille qui furatur multum non facit duo peccata: sed vnum tantum: puta quia furtum est grauius. ¶ Tertio sunt alique circunstantie que speciem peccati variant ꝛ aggrauant siue actus humanus cui circunstantia aduenit sit bonus ex genere: sicut cum aliquis dat eleemosynam ꝓpter laudem humanam. Siue actus sit malus ex genere: sicut cum aliquis furatur rem sacram: siue actus si indifferens sicut cum aliquis leuat festucam de terra in contẽptum alicuius. Ratio huius assignatur a sancto Thoñ. in. j. q̃. iquestio. xviij. arti. x. vbi dicit, ꝙ quandocunq; aliqua circunstantia respicit specialem ordinem rationis vel ꝓ: vel contra, oportet ꝙ talis circunstantia det speciem actui vel bono vel malo: vt in hoc exemplo patet. Nã tollere alienum habet speciẽ pcti ex ratione alieni: ex hoc cõstituitur in specie furti: sed si cõsideretur super hec prout furtũ est factum in loco sacro: vel quia res ablata est sacra: tũc importat aliã deformitatẽ ad rõnẽ ꝺa ordinat, nõ esse iniuriam faciendã in loco sacro: vel tollere alienũ de loco sacro. Et sic to

Quedã circũstãtie nec variant: nec aggrauant pctm̃. S. Tho.

Quedã circũstãtie nõ variãt speciẽ pcti sed aggrauãt peccatũ. Ño. ois.

Quedã circũstãtie variã ꝛ aggrauant.

Dat exẽplũ de illo q̃ furatur.

re alienū de loco sacro addit specialē repugnātiam ad ordinē rationis, Et ideo locus qui prius cōsiderabatur vt circūstātia, nunc cōsideretur vt principalis conditio obiecti rationi repugnās: vt dicit bt̄us Tho. vbi. ā. Similiter petīm fornicationis in hoc consistit q̄ homo accedit ad non suam. si autē addatur hec circunstantia vt illa ad quā accedit sit vxor alterius: iā petīm fornicationis transfertur ad aliud genus peti. s. in adulteriū: q: alienū violat thorū: qō est grauius petīm ꝯ simplex fornicatio. Et sic dicendum est de alijs generibus peccatorum: q: vbicunq̄ est alia et alia repugnantia actus ad rationem vel alia deformitas actus: ibi est alia species et maior grauitas peccati. Ex dictis patet q̄ ad discernēdum et ad iudicandum peccata et qualiter vnum est altero grauius non sufficit considerare genus vel speciem peccati: sed expedit omnino discutere circonstantias aggrauantes petīm vt dicunt omnes doctores catholici: signanter S. Tho. in iij. lib. senten. d. xlin. xvj. vbi plura dubia explanat super hac materia. Et iterum in. j ij. q. vij. ar ij. ij. st. iij. hoc idē diffuse in. s ū. q. xvij. per totum.

Deformitas actus ad rōnē cōsiderāda.

Nō solū genꝰ peccati sz circūstantie sunt considerāde.

¶ De circunstantijs aggrauantibus petīm in speciali. Et primo agitur de circūstantia persone.

EXplicauimus aliquam in generali de circunstantijs petōrum: sed quia teste. S. Tho. sermones morales vniuersales minus sunt vtiles eo q̄ actiones in particularibus sunt. Ideo nunc magis in particulari de numero circunstantiarum aggrauantium peccata agendum est. vt peccator qui veram querit perficere penitentiam possit diligentius rememorare ac discutere iniquitates suas nec non curare morbidas peccatorum egritudines: ac tandē humores virulentos euomere a stomacho languentis animē teste Hieronym ianua virtutum ac fundamentum totius perfectionis est conscientie puritas ac cordis munditia Est ergo considerandum q̄ splendor ecclesie Thomas in iiij: lib. sententiarum. distin. xvj. vbi mouet dubium. Utrum conuenienter enumerantur circunstantie aggrauantes petīm sic dicens. Tullius in sua rhetorica assignat septem circunstantias que hoc versu cōtinentur. Quis: quid: vbi. quibus auxilijs: cur: quomō: quādo. Considerandum est enim in actibus humanis: quis fecit: quibꝰ auxilijs vel instrumentis fecerit: quid fecerit: vbi fecerit: cur fecerit: quomodo fecerit: et quando fecerit. Sed Aristo. in iij. libro. Ethicorum addit aliā. s. circa quid: que a tullio cōprehenditur sub qui. hec Thoīn. Magister autē Raymundus de pena fortinatione cathalanus ordinis predicatorum qui decretales compilauit de mādato Grego. ix. et plura alia volumina edidit preclarissima. Uir non solum in diuinis scripturis eruditissimꝰ sed humanarū legum ac sacrorum canonum necnon secularium literarum sagacissimus interpres. qui tā in vita ꝯ in morte ac post

Hieronymus.

S. Thomas. de numero circūstātiarū.

Laꝰ magistri Raymundi.

mortē miraculis claruit, Hic ad predictū numerū circūstantiarum addidit octauā scilicet quotiēs. Et vbi sanctus Tho. z Petrus de palude z alij in versu prealegato: dicūt q̄bus auxiliis.

Raymū dus addiungit octauā circūstātiam. Que sūt circūstātie trahētes ad aliud genus.

Ipse Raymundus dicit p quos quotiens. Et ideo tu forma versum sic. Quis:q̄d:vbi per quos:quotiēs:cur:quomodo:quādo. Iste ergo octo circūstantie sunt diligenter examinande z precipue quando trahunt peccatum ad aliud genus. Dicuntur aūt trahere ad aliud genus quādo habent specialem repugnātiam ad aliquod preceptoꝝ diuine legis. Verbi gratia furtum simplex repugnat huic precepto. Nō fur:ū facies. Si vero fiat furtum in loco sacro tunc furtum ratione loci sacri habet repugnātiam ad aliud preceptum quod est de veneratione sacramētorum: z sic addit nouā speciem peccati. Sed videamus de singulis circunstanthis.

¶ De prima circunstantia persone.

S. Thomas.

PRima igitur circunstantia aggrauans peccatum sumitur ex pte agētis principalis siue ex pte peccantis que designatur in ꝟsu pdicto cū dr q̄s. hec circūstantia ſm Tho. in. iiij. lib. sentē. di. xvj. respicit magis cōditiones psone peccātis q̄z ū ad proprietates ipsius q̄z substātiā psone. scz cuius status: cuius dignitatis: cuius officū: cuius potestatis: cuius ꝟtutis: cuius scientie: cuius sapiētie: cuius ordinis: cuius etatis: cuius sexus. Quia conditione psone variatur substantia actus humani: ro q̄ aliq̄d competit vni persone quod non cōpetit alteri. vt dicit beatus Tho. Propterea in j. ij. q. lxxij. ar. xiij. dicit ſctus Tho. q̄ magnitudo vel excellentia psone peccātis aggrauat pcm̄ qđ ex deliberatione procedit. Secus de peccato quod prouenit ex subreptione propter infirmitatē humane nature: qz tale peccatū minus imputatur ei qui est maior in virtute eo q̄ minus negligit hmōi peccata repmere: q̄ tamē omnino subterfugere infirmitas humana non sinit. Et ideo peccata ex deliberatione procedentia tanto magis alicui imputantur: q̄to fuerit maior virtute: scientia: dignitate: vel merito. Unde Isidorus in. ij. libr. de summo bono. cap. xviij. dicit sic. Peccata que insipientibus leuia sunt, perfectis viris grauia reputantur. Tāto em̄ maius cognoscitur esse pcm̄ q̄to maior qui peccat habetur. Crescit enim delicti cumulus iuxta ordinem meritoꝝ. Et sepe qđ minoribus ignoscitur, maioribꝰ imputatur. hec Isido. Et Iuuenalis in satyra. viij. ait. Omne animi vitiū tanto conspectius in se crimen habet q̄to q̄ peccat maior habetur. Ratio huius est quadruplex ſm Thomā ibidem. ¶ Primo quidē qz maiores facilius possunt resistere petō. Pusca. dicitur. Seruus sciens voluntatem dñi z non faciens digne plagis vapulabit multis. Et. ij. Petri. ij. cap. Melius em̄ erat illis nō cognoscere viam iusticie, q̄z post agnitionem retrorsum cō

Iuuenalis.

Nō. iiij. rationes.

Lucas.

Petrus.

uerti ab illo qđ illis traditū est sancto mãdato. Contigit eñ eis illud veri ꝓuerbij. Canis reuersus ad vomitū: ⁊ sus lota in voluta bro luti. hec ibi. Propter hoc dicemus q̃ grauissimum fuit pctñ primi angeli qui sciẽtia, dignitate, pulchritudine, ⁊ fortitudine ceteros angelos supabat. Sic pariter dicimus q̃ pctñ Ade fuit grauissimū: qz Adã habuit eẽm cognitionẽ possibilez naturaliter hoi: ⁊ fuit creatus in habitibus naturalibus integris ⁊ perfectis. Jdeo sctũs Tho. in j. parte. q xciij. art. iij. dicit. Sicut primus hõ institutus est in statu pfecto q̃ctũ ad corpus: vt statim posset gñare: ita etiã institutus est in statu pfecto q̃ctuz ad aiam: vt statim posset alios instruere ⁊ gubernare. Nõ potest autẽ aliquis instruere nisi habeat sciam. Et ideo primus hõ sic institutus est a deo: vt haberet eẽm sciẽtiã in quibus apius natus est instrui. Et in rñsione ad primũ argumentũ dicit sic. Primus hõ habuit scientiã oim per species a deo infusas: nec tamẽ scientia illa fuit alterius rõnis a sciẽtia nr̃a: sicut nec oculi quos ceco nato xp̃s dedit fuerũt alterius rationis ab oculis, quos natura ꝓduxit. hec Thomas. Ex quo patet, q̃ Adã habuit excellentiam scientie: ⁊ ideo grauius peccauit. hinc Jsidorus in. iij. lib. de summo bono. c. xvij. ait. Eua peccauit ignorantia: Adam vero industria: quia non seductus: sed sciens prudensq̃ peccauit.

Petñ ꝓmi angeli fuit grauissimũ ⁊ quare.

Adã pec cauit grauissime.

Adã habuit sciẽtiã oim.

Jsidor⁹.

¶ Scõo grauius peccant maiores propter ingratitudinẽ: quia omne bonũ, quo aliquis magnificatur est dei beneficiũ, cui hõmo fit ingratus peccãdo. Et q̃tum ad hoc quelibet maioritas etiam in ipa: ibus bonis pctñ aggrauat: iuxta illud Saꝑ. vj. c. Potentes autẽ potenter tormenta patiẽtur. Jdeo ratione ingratitudinis homo grauius peccat in lege gratie, q̃ in lege veteri. Et baptisatus grauius peccat, q̃ nõ baptisatus. Et clericus in sacris grauius peccat in eodez genere peccati, q̃ religiosus qui non est in sacris. Et similiter fidelis adultus grauius peccat, q̃ infidelis: tum propter notitiã veritatis ex fide: tum etiã ꝓpter sacramenta fidei quibus est imbutus: ⁊ quibus peccando cõtumeliam facit: vt inquit sctũs Tho. in. ij. ij. q. x. art. iij. in rñsione ad iij. arg. Jterũ sctũs Tho. in. j. ij. q. cx vij. art. ij. in rñsione ad. ij. arg. dicit sic. Si quis post acceptam grauiã noui testamenti peccauerit: maiori pena est dignus tanq̃ maioribus bñficijs ingratus: et auxilio sibi dato non vtens. ¶ Sed questio animũ pulsat. Diceret aliquis. Si plus punitur peccator Christianus q̃ infidelis: videtur q̃ melius esset vt oẽs essent infideles. Huic questioni rñdet sanctus Thomas in cõmento aureo super epl̃a ad Hebreos x c. lectione tertia vbi dicit. Aliter possumus loqui de illis qui fidem contemnunt: quia isti proprie sunt contemptores. Et aliter de illis qui ex ignorantia fidẽ annuntiatã non tenẽt: quia talibus peccatũ infidelitatis nõ imputatur. Sed ille qui fidem annuntiatã contẽnit grauius punitur: qz pctñ infidelitatis maximum est. Si ergo cõparemus Judeũ, ⁊ x̃pianũ qui non contẽ-

Grauius peccant maiores ꝓpter ingratitudinem.

Not. ola diligẽter.

S. Tho.

Qõ pulchra.

S. Tho. rñdet.

nit, & vterq; sit adulter: tunc grauius punietur xp̃ianus q̃ Iudeus: q; nõ solũ pro adulterio: sed etiam q; magis ingratus est. hec Tho. ¶ Tertio grauatur peccatũ propter specialẽ repugnantiam actus ad magnitudinẽ persone: sicut si princeps iustitiam violet, qui ponitur custos iustitie. Et si sacerdos fornicet, qui castitatẽ vouit. Contra similes Paulus ad Roma. ij. c. Qui ergo alium doces teipsum nõ doces. Qui predicas nõ furãdum furaris. Qui dicis non mechandũ, mecharis. Qui abominaris idola sacrilegiũ facis. Qui in lege gloriaris per preuaricationẽ legis deũ ignoras. Nomen dei per vos blasphematur inter gentes. Hec Paulus. Que verba sin Thomam in cõmento aureo super epla ad Rom̃ ij. c. lectione. iij. Possunt legi interrogatiue, qua cum quadã indignatione vel remissiue, quasi asserẽdo similium malitiã. Etiam Esaias. j. c. ait. Principes tui infideles socij furum. Oẽs diligunt munera sequuntur retributiones. pupillo nõ iudicant & causa vidue nõ ingreditur ad illos. Iterum Esaie. lij. c dicitur sic. Dñator populi mei iniq; agunt cõtra me dicit dñs. Et tota die nomen meũ blasphemat. Propter hoc sciet populus meus nomẽ meũ in die illa: quia ego ipse qui loquebar ecce adsum. Hec ibi. ¶ Quarto grauatur peccatũ propter exẽplum siue scãdalum: q; vt inquit Greg. In exemplum vehementer culpa extenditur, q̃n pro reuerentia gradus peccator honoratur. Ad plurium etiam notitiã peruenium peccata maiorum, & magis hoies ea indigne ferunt. Ideo si vir vel mulier nobilis aliquam turpitudinẽ faceret magis ignominiosum esset peccatum, q̃ si illud faceret rusticus. Propterea dicit sanctus Tho. in. iij. q. clxxxvij. art. x. Quod peccatum religiosi grauius est peccato secularis tripliciter: scz ratione voti: ratione cõtemptus: & ratione scandali. Si vero religiosus non ex contemptu: sed ex infirmitate vel ignorantia aliquod peccatũ quod nõ est contra votũ sue professionis cõmittit absq; scandalo: puta in occulto, leuius peccat eodem genere peccati, q̃ secularis: q; peccatũ eius si sit leue quasi obsorbetur ex multis operibus bonis, que facit. Si vero sit mortale facilius ab eo resurgit: & ideo nota sin Thomam, vbi supra in rñsione ad tertium argumentum, q; si religiosi ad hoc perueniant: vt ex cõtemptu peccent efficiuntur pessimi, & maxime incorrigibiles. Unde August. ad plebẽ hyponensem ait. Ex quo deo seruire cepi quomodo difficile sum expertus meliores, q̃ qui in monasterijs profecerunt. Ita nõ sum expertus peiores q̃ qui in monasterijs deliquerũt. Et sic etiam intelligitur illud Chrysostomi super Matth. xxiij. ca. vbi dicit. Laici delinquentes facile emẽdantur. Clerici autem si male vixerunt inemendabiles sunt. Et proprie religiosi, qui peccant ex contempta dicuntur habere colla sub iugo diaboli. De quibus diuus Hieronymus ad Damasum Papam in epistola, que incipit. Beatitudinis tue interrogatio disputatio fuit; ita inqui

Peccatũ grauat ppt specialez repugnantiaz huius peti.

Paulus.

S. Tho.

Esaias.

Peccatũ grauat ppt scãdalum.

S. Tho. De pcõ religiosi.

S. Tho.

August.

Nota. Chryso.

Hieron.

Sathanas cum aliquem sua arte deceperit. ꝛ proprium ei imposuerit iugū vltra ad vitioꝝ abūdātiā nō ꝓcurat sciens cum iam mortuum, hec Hie. Et sic ptz de circūstantia persone pctī.

¶ De circunstantia quantitatis operis vel facti.

De 5da circunstātia.

Secunda circunstantia aggrauans peccatum sumit ex parte quantitatis operis, vel facti. hec designatur in versu predicto per ly quid. per quod intelligere debes substantiam, vel conditionem facti, vel operis perpetrati. ſ Iam secundum Tho. in. iij. lib. sent. dist. xvj. per hāc circunstātiā importat ratio mali in actu. Et iō sicut circūstātie finis est prima in aggrauando peccatum vt dicemus: quia quātitas malitie peccati magis consideratur ſm rationem inordinatam in finem. Sic pariter hec circunstantia quantitatis dicitur secunda in aggrauando peccatum: qz oia que pñt peccato speciem tribuere in hac circunstantia includūtur. hec sunt in quibus consistit actus moralis quātum ad bonitatem vel malitiam. Et propter hoc phs dicit in. iij. li. ethico, ꝙ principalissima in actu sunt in quibus ꝓsistit actus, et cuius gratia. Alie vero circunstantie magis, ꝛ minus aggrauant secundum, ꝙ his duobus magis, vel minus propinque sunt. Et ideo tempus, ꝛ locus minus aggrauare nata sunt: qz sunt oino extrinseca. Sed interea ꝑditio persone magis: qz agens directius respondet fini. Et post hanc modus qui respondet actui, et post instrumentum quod pertinet ad modum agendi. Et post quidem vt in pluribus accipiendum est ita esse: tamen nihil prohibet in aliquo aliter se habere: quia sermones qui sunt in moribus nihil determinatum habent: vt dicitur in. ij. lib. Ethicorum. Hec Thomas. Ista ergo circunstantia que non debet proprie considerari prout est substantia actus puta qz occidit vel fornicatus est: aut furatus est. Sed considerāmꝰ prout dicit conditionem facti vel actus peccati: scilz ipsam proprietatem qualitatem ꝛ quantitatem facti: vt puta quia occidit principem: percussit patrem: cognouit virginem vel maritatam. Est quoq; aduertendum secundum sanctum Thomam in. iij. libro sententiarum distinctione. xvj. vbi querit. Utrum omnis circunstantia sit confitenda. In responsione ad secundum argumentum: quod determinata quantitas peccati non potest sacerdoti innotescere: quia nec ipse peccator hoc scit: sed sufficit ꝙ cognoscat quantitatem peccati que ex specie peccati consurgit. Hec Thomas. Dicimus itaq; ꝙ ratione huius quantitatis grauius fuit peccatum Cayn q̄ peccatum Ade: quia grauitas homicidij excedit quantitatem gule vel superbie que fuit in Adam. Sic etiam peccata spiritualia grauiora sunt ceteris paribus peccātis corporalibus. ¶ Amplius ad discernendum grauitatem peccatorum: vel qualiter vnum pcīm est altero grauius non sufficit considerare genus vel speciē pecca

Qo intelligitur circūstantia.

S. Tho.

De peccato Cayn.

ti:sed expedit etiã discutere alias circũstantias. Verbi grã. Si moueatur questio. Qó pctm̃ fuit grauius. An pctm̃ Eue an peccatũ Ade. huic qõi respõde sic ſm Tho in. ij. ũ. q. lxij. ar iiij. vbi vbi sic ait. Grauitas pcti ꝑncipalius attẽdit scõm pcti circũstãtiã. Dicendum est ergo, ꝙ si cõsideremus cõditionem persone vtriusq; scilicet mulieris, ꝛ viri. Peccatum Ade est grauiꝰ: qz erat perfectior muliere. Unde Aug. in libro de vera, ꝛ falsa penitentia. c. xiij. dicit sic. In hoc enim quisq; peccator fit culpabilior quo est deo acceptior. ideo enim Adam plus peccauit
Auguſt. qz in omni bono abundauit. Nec Aug. Erat pariter maiori dono spirituali preditus propter magnitudinem scientie sibi date. Et iterum grauius peccauit Adam propter maiorẽ rebellionem. Maior em̃ fuit inobedientia eius: qz peccatum fuit primo sibi datum, ꝛ deinde. Eue per eum. Etiam grauiꝰ fuit peccatum Ade: qz maius damnum secutum est ex pctõ Ade quam Eue. Nam in Adã erat totũ humanũ genus virtualiter: vt in
Quis peccauit grauius an Adã aut Eua. ꝑncipio actiuo. Et ideo ex peccato Ade transfusum est pctm̃ in totum humanum genus: non autem ex pctõ Eue. Nam si sola peccasset non fuisset humanum genus infectum: sed ipsa sola a deo punita grauiter fuisset: vt inquit sanctus Thomas in commento aureo super epistola ad Romanos. v. cap. lectio. tertia. Et in. j. ũq. lxxxij. ar. ũ. Et in. iiij. sententiarum distinctin. j. vbi mouet dubium. Utrum circunciso debuerit etiam mulieribus dari in responsione ad. j. argumentum. Si vero consideretur pec-
S. Tho. catum Ade ꝛ Eue quãtum ad ipsum genus pcti: tunc vtriusq; pctm̃ equale iudicatur: qz vtriusq; pctm̃ fuit superbia. Unde Aug dicit. xj. super Geñ. ad literam, ꝙ mulier excusauit pctm̃ suum non impari sexu: sed pari fastu. Sed quantum ad spẽm
Auguſt. superbie grauius peccauit mulier triplici ratione. Primo quidem: qz maior elatio fuit mulieris quã viri. Mulier enim credidit verũ esse qõ serpẽs suasit scz, ꝙ deus prohibuerit ligni esũ ne ad eius similitudinem peruenirent. Et ita dum per esum li
Ro. oſia. gni vetiti dei similitudinem ꝙsequi voluit superbia eius ad hoc se erexit, quod ꝓtra dei voluntatem aliquid voluit obtinere: sed vir non credidit hoc esse verum. Uñ non voluit ꝙsequi diuinam similitudinem ꝓtra dei voluntatem: sed in hoc superbiuit, ꝙ voluit etiam ꝙsequi per seipsum. Secundo: qz multipliciter non solum peccauit: sed etiam viro pctm̃ suggessit. Unde peccauit, et in deum, ꝛ in ꝓximũ. Tertio in hoc pctm̃ viri diminutũ est: qz in pctm̃ ꝙsensit amicabili quadam benuolentia qua plerunq; fit vt ineffendatur deus ne homo ex amico fiat inimicus: quod
Auguſt. eum facere non debuisse diuine sententie exitus indicauit: vt Augu. dixit. xj. super Geñ. ad literam. Et sic ptz, ꝙ pctm̃ mulieris fuit grauius quã pctm̃ viri, ꝛ ideo mulier grauius fuit punita quã vir: vt patet Geneſis tertio capitulo.

¶ De circunſtantia loci.

Ertia circūstantia aggrauans peccatū sumitur ex parte loci. Hec circūstātia denotatur in versu preallegato cū dicitur vbi. Est autem vbi aduerbium loci: ideo significat & interrogat in loco. Circunstantia ergo loci in quo fit peccatū est omnino consideranda: qz plerunqz locus trahit peccatū ad aliud genus: vt dictū est: Nam si fiat furtū in loco sacro: hic actus addit specialem repugnantiam ordini riationis: quia ratio dictat non esse iniurtā faciendā in loco sacro. Similiter dicendū de eo qui cōmittit adulteriū, vel homicidiū, vel aliud peccatū in eccl'ia q̄ locus deputatus ad cultum diuinum. Hinc Aug. in regula ad clericos ita ait. In oratorio autem nemo aliquid agat nisi ad quod factum est, vnde & nomen accepit. Etiam talis turpitudo facta in loco sacro videtur habere annexum contemptum dei & sacrorum. Vbi est autem maior contemptus ibi est maior grauitas, & per consequens voluntas peccantis iudicatur magis inordinata, & superba. Propterea contra eos qui operantur illicita in locis sacris ostendit dominus Jesus ardentissimum zelum. Nam faciens flagellum de funiculis obiurgauit acerrime omnes vendentes, & ementes in templo: vt dicitur Matthei. xxj et Joannis secundo capitulo Et dixit eis. Auferte ista hinc, & nolite facere domum patris mei domum negotiationis. ¶ Etiam si peccatum fuerit factum in loco publico puta si quis turpia agit: aut blasphemat: aut publice fornicatur ex quo consequitur scandalum plurimorum quanuis etiam ipse hoc non intendat aut prouideat directe uihilominus aggrauatur peccatum. Jdeo veritas Matthei. xviij. capitulo ait. Qui autem scandalizauerit vnum de pusillis istis qui in me credunt expedit ei vt suspendatur mola asinaria in collo eius, et demergatur in profundum maris. Et Jsidorus in secundo libro de summo bono. capitulo. xx. ait Maioris est culpe manifeste quam occulte peccare. Dupliciter enim reus est qui aperte delinquit: quia agit, et docet. hec Jsidorus. Qui in locis publicis peccat turpia dicens, vel agens videtur gaudere de malo. De quibus scriptum est: Letantur cum male fecerint, & exultant in rebus pessimis. hinc Augustinus in epistola ad quendam comitem ait. Nullum scelus coram deo tam abominabile est q̄ preterita peccata vnicuiqz nostrum dimissa reminiscendo gaudere, & inde exultare. Similiter si falsi testes peccant in curia, vel in pretorio vbi mali, & criminosi puniuntur signum est, q̄ non erubescerent in omni loco peccare. Jdcirco talis culpa, vt iniuria ꝯuatur rōe loci qui de se deberet multo potius incutere terrorē peti. Hec de tertia circūstātia dicta sufficiāt.

De tertia circunstātia.

Augustin.

Matthe us.

Joānes.

Ueritas.

Jsidor⁹:

Augustin.

¶ De circunstantia instrumentalis agentis.

De circ̄ stātia : a gēte instrumēta l.s.

Quarta circunstantia aggrauans petīm sumitur ex parte instrumentalis agentis quo quis vtitur ad petīm. Hec denotatur in versu superius allegato vbi dicitur per quos, vel quibus auxilijs. nam omnia auxilia: omnia media quibus peccata perpetrantur dicuntur istrumenta peccati secundum Tho. in iiij lib. sen. dist. xvj. Sicut enim ex instrumēto quo quis operat̄ pōt sciri vtrū actꝰ ꝓcedat ex malitia vl̄ nō sicut vbi gr̄a si ds̄ ꝓcutiat calamo, et ligat talē mori nō est eiusdē criminis sicut si percutiat gladio. Et iō ex instrumento q̄ ds̄ operat̄ pōt sumi circūstantia, vel ꝑditio aggrauās, vel alleuiās actū principalis agētis. Sz q̄ nō ois actio fit p instrumētū sicut sunt intelligere, et velle. Jō loco instrumēti ponit tullius q̄bꝰ auxilijs eo, q̄ ota auxilia sūt q̄si instrumēta actiōis q̄bꝰ agēs vtit̄ ad finē suū. Et sic internūcij, auxiliatores factores, cooperatores, et mediatores in delicto sūt instrumenta peccādi. Jō cogita cū q̄bꝰ, vl̄ p q̄bꝰ, vl̄ ꝯ ds̄ vitia, aut petā ꝑpetrasti hec circūstātia tanto magis aggrauat petīm q̄nto maius fuerit nocumētū, q̄ secūt̄ ꝓpt̄ auxiliū, vl̄ mediū peti. Cogita ꝙ si fuisti mediator alicui ad peccādū aut si peccādo habuisti mediatores: q̄t q̄nto plures tāto petīm iudicatur ꝙ Ius. Ut si ds̄ mittit annulū siue diuersa munera p diuersos. Cōtra tales scribit Hier. ad Nepotianū presbyt. ꝯ. Epistola incipit. Petis a me nepotiane charissime vbi ait. Crebra munuscula, et sudariola, et fasciolas, et vestes ori applicatas, et oblatos degustatosq̄ cibos blandasq̄ ac dulces literas sctūe amor non habet. Hec Hiero. Hinc ꝑ. aulus ad Roma. j. cap̄. Digni sunt morte non solum q̄ faciunt ea: sed qui consentiūt facientibꝰ. Etiam quanto enormiꝰ aut turpius vtitur quis medio peccandi, grauius peccat. Uerbi gratia. Intendit quis committere petīm fornicationis, et ad opus nepharium habet internūtios viros religiosos: talis grauissime peccat: quia vtitur ministro ꝯi ad opera diaboli. Similit. et si incantator, vel sortilegus fecit, vel procurauit incantationes, et sortilegia cum sacramentis aut rebus sacramentalibus ecclesie: vt aqua, vel cera bñdicta, vel aqua baptismalis: aut oleo sancto, et huiusmodi. grauissimum est peccatū. Cogita amplius super hac circunstantia si aliquos tuo cōsilio, auxilio: aut fauore traxisti ad peccatū: vt solēt scelerati viri. et grauissimi peccatores q̄ letant̄ in malis, q̄ est ꝓprium officiū diaboli. Q̄r, sicut nullum omnipotenti deo maius sacrificiū offerri pōt quā zelus animarum eo, q̄ bonum anime est maximū atq̄ optimum. Ita econtrario nulla offensa maior deo fieri potest quā vt mēbra ꝯi efficiantur membra diaboli. Quicunq̄ ergo fuerit causa inductiua alicuius ad peccandū: si ad veram penitentiā peruenire desiderat expedit omnino: vt sicut fuit causa ꝓd.tionis proximi sui: sic pariter fiat causa saluus, et vite: Q̄d si non fe-

Hieron.

Paul⁹.

Modus peccādi est eius cōsiderandus.

No. totū.

Zelus animaꝝ est maximū sacrificium.

cerit penã sui delicti portabit. Multa deniq; sunt vitia, ꝛ pecca-
ta que cõtrahuntur ꝛ grauãtur ex cõsortio societatis peruerse,
que diligẽter rememoranda sunt. Quia sicut bona multa habet
cõis vita sanctoꝝ: sic plurima mala societas affert maloꝝ: vt ait
Isid. Hinc Chrysо. sup Mattheũ inqt. Bonus malo si cõiungit Isidor⁹.
aut pares reddunt, aut cito abinuicẽ separant. Amicitie enim aut Chrysо.
querũt, aut faciunt pares. Rerũ natura sic habet: vt quotics bo
nus malo cõiungitur: non ex bono malus melior fit: sed ex malo Finis est
bonus cõtaminatur: diuersitas enim rerum nunq; potest habere potissima
cõcordiam: ꝛ multos ad ruinã impellit societas nephanda. Hec circũstan
Chrysost. Et diuus Hieronymus ad Fabiolã de veste sacerdo- tia.
tali epla incipit Usq; hodie in lectione veteris testamenti: dicit
sic. Multa nos facere cogit carnalis affectus, ꝛ cum ꝓpinquita
tem respicimus corporꝝ, ꝛ corporis, ꝛ aie offendimus creatorẽ.
Hec Hieronymus. Et sic patet de quarta circunstantia.

¶ De circunstantia finis, que est potissima omnium
in aggrauando peccatum.

Quinta circunstantia aggrauans peccatũ sumitur
ex parte finis. Et nota in versu superius allegato
cum dicitur cur, vel cuius grẽ. Hec dicitur princi
palissima enim circunstantiaꝝ: qr ipsa mouet agen
tem ad agendũ: ꝛ qr actus morales maxime acci
piunt speciẽ a fine: vt habet S. Tho. in. j. q. vij.
art. iiij. Et iterum in. iiij. lib. sent dist. xvj. Ad iudicandum ergo
grauitatem petõꝝ hec circunstantia est super oẽs alias conside S. Tho.
randa: vt dicit Thom. nam inquit de fine a quo in moralibus
actus humani speciem recipiunt: vt dictũ est. Et idcirco intẽtio
peccantis super oia est requirẽda: vt dicit S. Tho. in ij. q. q. xiij. Intentio
art. iij. in rõsione ad. j. arg. Quantitas peccati nõ mẽsuratur ex peccãtis
nocumento facto: sed multo magis attẽditur intẽtio voluntatis est requi
peruerse. Unde. iij. lib. de summo bono. c. xx vij. ait. Oculus hois renda.
intentio operis ei⁹ est. Si ergo intẽtio eius bona est: ꝛ opus in- Isidor⁹.
tentionis ipsius bonũ est. Hinc Aug. in lib. de vera ꝛ falsa peni- Augusti.
tentia. c. xv. dicit sic. In iudicio enim cordis cõsideranda est elee-
mosyna tribuentis. Non tñ considerandum est qõ quis dat: sed
qua mẽte, qua affectione dat qõ potest. Et Ambro. ait. Intẽtio Ambro.
operi tuo nomen imponit. Discute ergo diligenter tenebrosam Net. oia
conscian tuã: et cogita cur cõmisisti petiũ an ex infirmitate vel q̃ sequun
fragilitate. An ex ignorãtia vel malitia vel industria. Dicuntur tur.
autem illi peccare de industria, qui studio ac deliberatione men
tis malũ agunt: vt ait Isidorus. Vel cur. i. quo fine petiũ perpe
trasti. Utrum spõte: an coactus. Utrum alio nocendi: an iocãdi.
Utrum subito: an cum lõga meditatiõe vel discussione. Utrum Actus re
impulsus a tentatione, an preuenius ab ea. Utrũ ex cupiditate: cipit de
vel paupertate. Nam cum actus morales recipiant speciẽ ab nolatiõ-
obiecto: vt dicit sctũs Thomas. Obiectum autẽ formale actus nẽ a fine.

sit finis: ipse actus recipiet speciem ⁊ denominationem a fine, et similiter suã grauitatẽ. Et ideo quãto peiori fine mouetur quis ad pcm̃ tanto grauius iudicabit pcm̃. Et breuiter oia peccata habẽt speciẽ ex obiectis: ⁊ illa differẽtia que attẽdit penes obiecta est prima, ⁊ principalis quasi ꝓñs speciẽ: vt habet S. Tho. in j. ij. q lxxij art. ij. Amplius vt clarius intelligas q̃tũ valeat, ⁊ possit intentio voluntatis nr̃e. Scire debes ſm Tho. in j. ij. q. xij. art. j. q intẽtio primo ⁊ principaliter pertinet ad id qõ mouet ad finẽ. Vñ dicamus architectorẽ, ⁊ oẽm ꝓcipientẽ suo imperio mouere alios ad id qõ ipse intẽdit. Uoluntas aũt mouet omnes alias vires aie ad finẽ manifestum est ergo q intentio ꝓprie est actus voluntatis. Ideo intẽtio dr oculus: qr per eã ꝓponit voluntas finis ad quez mouet: sicut oculo ꝓuidemus quo tendere debeamus. Etiã ſm Aug. intẽtio dr lumẽ: qr manifesta est intendenti. Oẽs igitur opationes nr̃e, ⁊ oẽs actus mortales dñr vel boni vel mali, ſm q volũtas eligẽs est vel bona vel mala. Uolo dicere q actus eliciti a volũtate siue intentiones dant operibus nostris speciem naturã, ⁊ nomẽ boni vel mali: verbi gr̃a. Judex intẽdit de aliquo negotio exequi iustitiã, ⁊ ꝓpter hoc dat eleemosynã aduocato pauperi vel notario: vt in exequẽdo iustitiã sint fauorabiles. Quer̃ quisnã dicet talis actus an iustitia an miãrit̃de sic. Talis actus est magis dicẽdus actus iustitie, q̃ actus mie. Quia intẽtio principalis ipsius iudicis ferebat ad iustitiã. Sit̃ rest vnus, qui intẽdit cõmittere pcm̃ adulteriũ cum aliqua mulier̃e: sed illa recusat nisi habeat pecunias. Rõne cuius ille cõmittit furtũ: vt aliq̃d tribuat mulieri. Quid ergo dicemus: nunquid iste actus dicendus sit adulteriũ an furtũ. Rñdeo ⁊ dico, q magis denotatur adulteriũ q̃ furtũ: qr prima intentio tendebat in adulteriũ. Et per oppositũ. Si aliq̃s peccat cũ aliqua mulier̃e: vt possit eam de nocte spoliare aut deprædari: talis actus potius dicet furtũ, q̃ luxuria eadẽ rõne. Denicq̃ tanta est vis intentionis ac volũtatis q vna, ⁊ eadẽ opatio facta scõm variã intẽtionem sortitur diuersum effectũ virtutis vel vitũ boni vel mali. Uerbi gr̃a. Cayn occidit Abel fratrẽ suum, ⁊ peccauit grauiter Ben̄ iũ. c. Dauid aũt occidit Goliad, ⁊ meruit valde. j. Reg xvij. Sed vñ queso tanta diuersitas: vt Dauid occidẽdo meritũ reportauerit. Cayn vero eternã damnationẽ ex homicidio cõsecutus fuerit. Rñdeo hoc totũ egit disparitas intẽtionis: nã intẽtio Dauid erat stabilita in vera iustitia. Cayn vo fuit agitatus pura inuidia ⁊ malitia Dauid expugnauit pro tuitione populi sui Cayn occidit excecatus inuidia, ⁊ odio fratris sui. Etiam legitur Ben̄ xvij. ⁊ xviij. c. qualiter Abrahã ⁊ Sarra vxor sua riserunt, eo q dñs promiserit eis se daturum filiũ. Sed risus Abrahe cõmendatur. Risus vero Sarre iuste vituperat̃: qr intentio Abrahe tota pura, ⁊ gaudiosa ex tãto munere in gratiarum actiones ferebatur: nam credidit Abrahã, ⁊ reputatum est ei ad iustitiã.

Intẽtio q̃tũ possit.

S. Tho. Uolũtas mouet omnes vires aie.

Intentio dr oculꝰ ⁊ lumẽ.

Nota exemplũ.

Actꝰ elicitus a voluntate ⁊ cito cogitãdus.

Occidit Cayn Abel.

Occidit Dauid Goliad.

Exẽplũ de Abrahã ⁊ Sarra.

Risus autē sarre vituperatur: quia ex diffidētia promissi fuit mota ad risum. Idco Gen. xviij. dī sic. Sarra risit occulte dicens. Postq̄ senui et dñis meus vetulus est voluptati operā dabo. Iterum Cain reprehensus a dño super morte Abel fratris sui dixit: peccaui. Mā subiunxit. Maior est iniquitas mea q̄ vt veniā merear. vt patet Gen. iiij. ca. Etiā Pharao dixit. Peccaui: vt habetur Exo. vj. ca. Et pariter Saul reprehēsus a samuele dixit. Peccaui quia preuaricatus sum sermonē dñi. j. Reg xv. c. Similiter rex Antiochus dixit peccaui: vt hī. ij. Macha vj. c. Nam dixit Justum est subditū esse deo et mortalem nō pares deo sentire. Et demū ille famosissimus proditor Iudas scariothis dixit et ipe. Peccaui tradēs sanguine iustū. Matth. xxvij. et nihilominus oēs isti veniā non fuerūt cōsecuti. Sed Dā reprehēsus a Nathan pphēta dixit. Peccaui dño et subito audire meruit ab eodem pphēta. Dñs quoq̄ transtulit a te pctm tuum: vt hī. ij. Reg. xij. Ecce vnū verbum planum sm diuersam intentionem operat̄ saluiē et dānationē. Et sic pt̄z q̄ta sit via intentionis ac voluntatis que dat cūctis operibus nostris denominationē virtutis et vitij: boni et mali. Idcirco p cōplemēto huius circōstantie notāda sunt aurea verba. s. Tho. in. ij. ij. q. lxxij. ar. ix. vbi dicit q̄ pma grauitas peccati attenditur ex parte obiecti: ex quo quidē obiecto tanto attēditur maior grauitas in pctō q̄to obiectū eius est pncipalior finis: fines aūt humani actuū sunt ipse deus homo: et primus. Quicquid em̄ facimus ppter aliqd hoc facimus. Postest igit ex parte hui⁹ triū cōsiderari maior vel minor grauitas in pctō sm cōditionē persone in quam peccatur. Primo q̄de ex parte dei cui tāto aliquis hō cōiungit q̄to est virtuosior vel dignior vl sanctior. Jō in scriptura sacra maxie vituperatur pctm̄ quod cōtra seruos dei cōmittitur iniuria tali persone facta magis redūdat in deum. Juxta illud zacha ij. ca. Qui em̄ tetigerit vos tāgit pupillā oculi mei. Secundo aggrauatur pctm̄ ex pte suiipsi⁹. Nam tāto aliqs grauio⁹ peccat q̄to magis in psonā magis cōiunctā seu naturali necessitudine: seu beneficij seu quacūq̄ cōiunctione peccauerit: qz talis videtur in seipz magis peccare. Idcirco in scripturis sanctis vituperat maxime pctm̄ cōmissum in psonas ppinquas sm illud vbū pphēticū. Filius cōtumeliā faciet patri: filia cōsurget aduersus mrem suā et Eccliast. xiij. c. Qui sibi nec̄ est cui bon⁹ erit: quasi dicat nulli. Tertio aggrauat pctm̄ ex parte proximi. Contra quem tāto grauius peccat q̄to pctm̄ plures tāgit. Et ideo maxime vituperatur pctm̄ cōmissum in regē vl principē vel in personas in dignitate cōstitutas: vl in psonā publicā q̄ refrītat totā multitudinē. Mā tale pctm̄ est graui⁹ q̄ pctm̄ qđ cōmittitur i psonā priuatam. Propterea specialit dicitur a dño. Principem populi tui non maledices. q.d. Quia tale peccatū in scandalum et turbationem plurimorum redūdat. Hec de circunstantia finis

Mlti fatēt se peccatores sed nō cōsequunt veniam.

Solus Dō dixit peccaui et recto corde.

S. Thomas. Grauitas peti cōsideratur ex parte obiecti.

Ota fūt ppt̄ trias aut ppt̄ deū aut nos aut primū.

Grauat. peccatū ex parte uīpsi⁹

Eccliast.

Grauat. peccatū ex pte proximi.

¶ De circunstantia numeri.

Circūstā tia aggra uans sumit ex pte nūeri.

Sexta circūstantia aggrauās petm̄ sumitur ex parte quātitatis numeralis: ꝛ signat̄ in versu per ly quoties. Et qz quoties est aduerbiū numeri: ideo diligenter numerus petōꝝ mortaliū est discutiēdus ac rememorandus: qz peccata aggrauātur ex frequētatione actus ꝓpter inordinationē voluntatis, que cōtinue auget̄ per turpes actus, siue sint interiores, siue exteriores tam in bonis q̄ in malis. Super hac aūt circūstantia dz fidelis alia ꝙciam suā discutere de duobus: scz de numero peccatoꝝ atq; de cōsuetudine peccandi. Et primo quo ad numerū petōꝝ scire debes, q̄ nō solū peccata operis: sed etiā petā cordis pro possibili sunt numeranda ac discutiēda: non solū quo ad numerū: sed etiā quo ad grauitatē. Uerbi gra. Si habuisti desideria carnalia, ꝛ deliberasti ꝓcedere ad opus peccati cū aliqua muliere: tūc discutere debes cōscientiam tuā an talis mulier sit soluta, an virgo vel nupta vel religiosa. Et iterū rememorandū est, qua die talia cogitasti, ꝛ in quo loco: qz similes circunstantie trahunt petā cordis ad diuersas ſpecies sicut petā operis. Qui ꝛo hmōi discussionē negligit aut cōtemnit nō perficiet veram pniam. Et per ꝙns nec habebit veram cōtritionē peccatoꝝ. Et pariter numerus petōꝝ tam oris q̄ operis cogitandus est, ac q̄tum possibile fuerit recolligendus. Sed ad maiorē euidentiam huius circūstantie scire debes, ſm Tho. in j. ū. q. lxxiij. art. vj q̄ voluntas ꝓpie, ꝛ per se est causa peccandi, ꝛ cōparatur ad actum peccati: sicut arbor ad fructū: vt dicitur in glossa sup illud Matth. vij. c. Non potest arbor bona fructus malos facere. Quanto ergo voluntas fuerit maior ad peccandū tanto homo grauius peccat. Sed quando voluntas, ꝛ opus peccati sunt ſeparata adinuicē: vtputa ſecundum aliud ꝛ aliud tēpus, sunt diuersa peccata: quia ibi sunt diuerse auersiones ꝛ conuersiones Uerbi gratia. Si aliquis habet voluntatem deliberatam ad fornicandū, furandum, occidēdum, ꝛ huiusmodi, ꝛ diuertit pro tunc ad alia dimittēs exequi illam voluntatē. Inde ad horā opportunitate se ingerente cōmittit illa peccata: ꝛ sic sunt diuersa. Sed si volūtas ꝛ opus sint coniuncta: vt causa ꝛ effectus sic sunt vnum peccatum formaliter: sed plura materialiter. Quia est vna ratio deordinādi: licet plura sint deordinata. Grauius tamen est peccatum actu exteriori commissum, q̄ sola voluntate Nam ipse actus exterior cōmuniter adauget volūtatem in malis operibus: sicut in bonis. Hinc Augustinus de ſermone domini in monte, et habetur de penitentia distinct. ij dicit sic. Sicut tribus gradibus ad peccatum peruenitur ſuggestione, delectatione, ꝛ consensione. ꝛta ipsius peccati tres sunt differentie, ꝛ in corde, ꝛ in facto, ꝛ in cōsuetudine tanq̄ tres mortes. Una quasi in domo, id est. cū in corde consentitur lubidini. Altera vero quasi iam prolata extra

S. Tho.

Augusti.

Tres sūt petōꝝ differentie.

Numerus petōꝝ est omino cōsiderand⁹.

Etiā peccata cordis ꝙ possibili sūt nūerāda.

portam cum factū procedit assensio. Tertio cum vt cōsuetudinis male tangit mole terrena premitur animus quasi in sepulchro iam putrens. Que tria genera mortuorū dñm resuscitasse quisquis legit euangeliū agnoscit. hec Augustinus. Aliter potest ista circūstātia exponi vt ly quotiēs referat ad ꝓsuetudinē. Nā cūsuetudo nō minuit peccatū, sed auget. Et tanto grauiora sunt petā quāto diuti⁹ infelicē animā detinēt aligatā. Et iō difficillime respit peccator a peccatis ꝓfectis ꝓpter habitū male cōsuetudinis: cū habit⁹ sit qualitas de difficili mobilis: vt inqt ph̄s. Est ergo diligēter aduertendum quod in quolibet gñe peti grauius, est petiū quod fit ex habitu: qz fit ex maiori libidine. Unde Ysidorus in ij. lib. de sum. bono. ca xxiij. ait. Petiū admittere est cadere in puteū. Cōsuetudinē vero petj facere os putei est coangustare: ne is q̄ cecidit valeat exire. Hec Ysidor⁹. ¶ Propterea horribilissimū est peccare, sed peius est peccendi ꝓsuetudinē facere. Qz teste Hiero. ad Demetriā. Cōsuetudo est que aut vitia aut vrutes alit. Ytherū ad athletā de institutiōe Paule filie sue epl'a incipit beatus apl's Paulus scribit ad Corin. ot sic. Greca narrat hystoria Alexan. potentissimum regem orbisq; dñatorem z in moribus. z in incessu leonidis pedagogi sui nō potuisse carere vitijs q̄b⁹ adhuc puul⁹ fuerat infectus. hec Hie. Et ītā Aug. in lib. ꝓfessionū inquit. Lex peti est violentia ꝓsuetudinis qua trahit etiā inuitus animus eo merito quo in eā volens illabit. Et in lib. Enchiridion idē ait. Petā quāuis magna z horrēda cū i cōsuetudinē venerint aut parua esse aut nulla credunt vsq; adeo: vt nō solum nō occultāda: verū etiam p̄dicāda diffamandaq; videat hec: Aug. Hic Salomon pro uerb. xxij. ait. Prouerbiū est adolescens ambulans iuxta viam suā etiā cum senuerit non recedet ab ea: sup q̄bus ꝑbis diuus Hie: in ij. lib. sup paraboles salomonis ot sic Constat plerosq; in senectute dño donante maturari a vicijs q̄ adolescentes habuerant. Et ecōtra nōnullos illo se deserēte deserere circa senū virtutes q̄bus in adolescētia videbantur illustrati. Sed quia multo sepius quis memor est eoz quib⁹ ab adolescētia imbutus est in reliquū vite tempus exequi ꝓfecit: prouerbium esse dicit: qz quod adolescens quisq; ceperit in senecta non mutabit non tamē ipse semper ita venire ꝓfirmat Idcirco aūt hmōi prouerbiū ponit: vt auditores sues a prima etate virtutibus studere ꝓsuadeat: ne forte in senectute non possint deserere studia quibus in tenera etate mācipati despexerant. Nam z quo semel est imbuta recens seruabit odorem testa diu. Et greca narrat hystoria Alexandrum potentissimū regē, orbisq; dñatorem z in moribus z in incessu leonidis pedagogi sui non potuisse carere vitijs q̄b⁹ paruulus adhuc fuerat infect⁹. Hec Hiron. Nota q; verba q̄ hic tanguntur a hieronymo de alexādro ꝓprie tacta sunt ab eodē in epl'a ad athle: vt p3 supra. Quātū etiā

hec circūstantia nūcaliter exponit Cōsuetudo auget peccatū.

Ysidor⁹.

Hieron.

Augustin.

Salomō Hieron.

Sepi⁹ vitio adolescentie currūt in senium.

Difficile est vincere consuetudinē.

difficile sit peccatrici ale vincere cōsuetudinē male viuēdi: Ofi
Nota. dit hieremias.xiij.c.dicēs. Si mutare pōt ethiops pellē suā aut
pardus varietates suas: sic vos poteritis bñfacere dum didice
ritis malū. Sup quo passu. Hier. in iū. lib. sup Hieremiā ꝓphe
tam ad Eusebiū ita inqt. Quicquid em̄ ōr nō nature est: sed stu
dium ꝛ proprie volūtatis: que nimia cōsuetudine ꝛ amore peccā
di quodāmodo in naturā cōuertitur: Sed hoc qō hoib⁹ impos
sibile est, deo possibile est: vt nequaq̄ ethiops ꝛ pardus, suā vi
Paulus deant mutare naturā. Sed ille q̄ est in eꝛope operatur in par
do dicente apostolo. Omnia possum in eoq̄ me cōfortat xp̄s. Ofi
ꝛ in alio loco. Amplius inqt illis oib⁹ laboraui non, ego aūt sed
gr̄a dei q̄ in me est. Hec hie. Et sic pz, q⁹ difficiliter radiť, q⁹ ru
rudes animi p̄buerūt: vt ídē ad athletā. Causať em̄ habitus in
nobis ex frequētatis actib⁹. Jō dicit p̄s in .ū. li. Ethymo, Qua
les sunt actus tales habitus subsequuntur. Ratio aūt quare ꝯ
uius est petm̄, quod fit ex habitu assignatur a. S. Tho. in. q̄. ū.
q. cvj. ar. iij. vbi mouet dubium. Utrū incontinens p.⁹ peccet q̄
intemperatus. Nota hic, q⁹ ōr intēperat⁹, ille q̄ peccat ex habi
tu. Incōtinēs vero ōr q̄ peccat ex fragilitate. Deducit ergo ibi
sctūs Tho. talem rōnē. Ubi est em̄ maior, inclinatio voluptatis
S. Tho. ad peccandū ibi est grauius petm̄. In eo aūt q̄ est intēperat⁹ vo
Quis est lūtas inclinať ad peccādū ex propria electione q̄ procedit ex ha
intēpera bitu per cōsuetudinē acq̄sito. In eo aūt q̄ est incontinens volūtas in
tus ꝛ qs clinatur ad petm̄ ex aliqua passione. Et quia passio cito transit
icōtinēs. habit⁹ aūt est qualitas de difficili mobilis. Inde est q⁹ icōtinēs
Nota. statim penitet transeunte passione: quod non accidit de intempe
rato. Quinimmo gaudet peccasse eo q⁹ operatio pcti est sibi facta
connaturalis secūdū habitū. Unde de his dicitur prouer. ij. cap.
Letantur cum malefecerint ꝛ exultant in rebus pessimis. Hec
S. Tho. Tho. Etiam. S. Tho. in cōmento aureo super epl'a ad Rom. j.
lectione. viij. dicit sic. Malicia est habitus vicios⁹ ꝛtuti opposi
tus. Unde ex malicia peccare dicuntur qui ex habitu peccant.
Psal. lj. Quid gloriaris in malitia qui potēs es iniquitate. Hec
Tho. Nullum quippe scelus teste Augustino coram deo tam
abominabile est q̄ preterita peccata vnicuiq̄ nostrum dimissa
reminiscendo gaudere ꝛ inde exultare: hec de circunstantia nu
meralis quantitatis.

¶ De circunstantia modi.

De septi ma circū stātia mo di. Nota de mō qñ ꝓponť.

Septima circunstantia aggrauans peccatum sumi
tur ex parte modi agendi. Hec circunstantia signifi
catur in versu allegato cum ōr quomodo. Potest au
tem ly quomodo ꝓferri dupliciter: aut sub voce dua
rum partium vel duarum dictionum: sicut illud
Luce. j. cap. Quomodo fiet istud quoniam virum non cogno
sco. Que verba non sunt dubitatiua, sed modi agendi inquisiti
ua. Jō enim purissima virgo fuit subita sicut Eua. Nec tarda-

ſicut Barra nec dubia ſicut zacharias: ſz modū inq̄rit quomō tale myſteriū fieri deberet: vt. ſ. ſaluo ꝟginitatis ꝓpoſito mater eſſet. aliqñ ly quō videt eſſe dictio ꝓpoſita ⁊ ponit loco vni⁹ dictionis ⁊ accētuat ꝑ vna dictione ⁊ ſic quō. i. qualiter. Inq̄rit ergo hec circūſtantia de modo agēdi: qz mod⁹ eſt quedā menſura vel ꝓditio ſiue regula ſiue temperamentū cuiuſcūq; rei. Propterea. S. Tho. in tractatu de ꝓpoſitionib⁹ modalibus dicit q̄ mod⁹ eſt q̄dam diſcretio regulans oēm diſciplinā ſine qua virtutes ſunt vitia. ¶ Sed nota hic ſm S. Tho. in. ſ. ſ. q̄. vj. ar. iij. in reſpōſiōe ad ſm argumētum: q̄ ille mod⁹ qui ex circūſtantijs accipit quid bene vel q̄d male non ponit circūſtātia: ſed eſt ꝓñs ad oēs circūſtātias. Sed ſpecialis circūſtantia ponit modus q̄ pertinet ad qualitatē actus. Puta q̄ aliquis ambulat velociter vel tarde ⁊ q̄ aliquis patit fortiter vel remiſſe: ⁊ ſic de alijs hec Tho. Interroga ergo ꝓſcientiā tuā ⁊ diſcute de mō quo cōmiſiſti petā qz grauat petm̄ ex mō agēdi. Et quāto maioꝛi mō cōmittit tanto iudicatur grauio⁹. Verbi gra. Qui fornicat cū muliere modo naturali pecat q̄dem mortaliter: ſed multo horribiliꝰ q̄ peccat ꝓtra naturā. Similiter q̄ iurat i vanū peccat. Sed q̄ iurat p aliquē modū opprobrioſum ꝑ dei mēbra vel ſcōꝛū ei⁹ grauio⁹ offēdit. Idcirco inquire diligenter de mō quo peregiſti op⁹ peti: qz quāto turpioꝛi mō fiunt tāto ſunt grauioꝛa. Eo q̄ act⁹ morales a modo agēdi plerūq; recipiūt ſpēm vel grauitatē. Diſcute pariter de mō agendi vel patiēdi. Qz grauio⁹ eſt petm̄ in eodem gñe qñ fit agendo q̄ quod fit patiendo. Et breuiter modus eſt quedam menſura oīm actuum humanoꝛum.

Quid eſt modus. S. Tho.

S. Tho.

¶ De circunſtantia temporis.

De octaua circūſtātia tēporis.

Octaua ⁊ vltima circunſtantia aggrauans petm̄ ſumit ex ꝑte tpis. Hec quoq; deſignat in ꝓdicto ꝟſu cū dicitur qñ. Eſt aūt ly qñ aduerbiū tpis. Ideo hec circūſtātia q̄rit de tpe in quo q̄s peccauit. Utrum tempore feriali vel ſolenni puta tpe orationi conſtituto vt ſunt feſtiuitates. ⁊ tempoꝛa ieiunij. Verbi gra. Si quis fornicatur vel cōmittit furtum vel homicidium peccat quidem mortaliter. Sed ſi talia fiunt in die feſto altam deformitatem important que oꝛitur ex circunſtantia ſacre diei aggrauantis peccatum. Nam peccatum mortale commiſſum in die feſto habet ſpecialem repugnantiam ad tertium ꝓceptum diuine legis: ſcilicet ſabbata ſanctifices. Quia opus peccati magis eſt ſeruile q̄ opus manuale vt dicunt doctoꝛes catholici. Et ideo talis circunſtantia mutat ſpeciem peccati ⁊ aggrauat peccatum: qz vbicunq; eſt alia ⁊ alia repugnantia actus ad rationem ⁊ alia deformitas act⁹: ibi eſt alia ⁊ alia ſpecies ⁊ maioꝛ grauitas peccati. ¶ Hec de tribus gradibus peccatoꝛum ſignanter de decem preceptis diuine legis: de ſeptem peccatis mortalibus de quinq; ſenſibus coꝛporeis: de tribus ꝟtutibus theologicis: de

Petm̄ cōmiſſum i die feſto eſt grauius.

quatuor moralibus. de septem operibus misericordie tam corporalibus quam spūalib⁹. de cecem p̄ceptis ecclesie. de beneficijs ⁊ sacramentis. de circunstātijs aggrauantibus iuxta humilitatis mee tenuissimum sensum explicaui pro recreatione sitientis anime que per diligentem discussionem proprie conscientie ad veram cordis cōtritionem peruenire desiderat Quicunque ergo tā piam ac meritoriā discussionē peccatorū suorū humili corde p̄fecerit ⁊ fusus de mia dñi iesu xp̄i dicim⁹ q̄ talis quicunq; fuerit veraciter thesaurū illū nobilissimū de ⁊ritionis consequet a dño. De quo scriptū est Sapiē. vij. cap. Infinitus est thesaurus est hoibus quo qui vsi sunt participes facti sunt amicitie dei. Et sic patet de secunda questione.

¶ Tertia questio declaranda.

No. in qua p̄te consistit vera contritio.

Superest vt resoluam⁹ tertiū dubiū. Nam q̄rebat quāta esse debet cogitatio siue discussio p̄petis vt deo fiat debita satisfactio. Et q̄ i p̄cedentibus fuim⁹ aliqualiter plixi. Jō huic q̄stioni breuiter rñdemus sic dicentes. Vera cōtritio nō mēsurat secūdū dolorē p̄tis sensitiue ꝫ multo magis scōm dolorē intellectiue ⁊ rationalis

S. Tho.

secūdū Tho. ⁊ oēs doctores catholicos. Propterea nō est necesse corpalē dolorē esse tantū de peccato quantus fortasse esse: de temporali malo vel incōmodo vt dicat Joannes Gerson sufficiat em̄ penitenti q̄ commissum peccatum sibi vere displiceat ⁊ neq̄ ad̄ in simili casu deū offendere vellet Nō em̄ oportet talē esse dolorem de peccato qualē de se diuina deposcat immēsitas: cum hoc sit impossibile: q̄ ipsa prorsus est infinita. nostrum autē dolorē finitum esse necesse est. Nec possumus dignas deo referre gratias p̄ tāris ab eo susceptis beneficijs. Nec hoc īdulgentissim⁹ ille pater a nobis requirit nisi tantūmō obedientiam mandatorum suorū que sub eterne mortis pena obseruanda mandauit. Dolor tamē de peccatis tanto melior ⁊ laudabilior est quāto in anima ⁊ in corpe fuerit maior. adhibenda est tñ circa hūc dolorem recta discretio: q̄ nec corpus destrui nec rō ledi debet. Et idcirco hō peccator cognoscēs creatorem suū tā enormiter offendisse: qui cum sit infinit⁹ offensa in eū facta potest dici infinitū malū q̄ est ꝑtra deū qui est infinitū bonū Jdeo totis reassumptis viribus debet seuero cordis examine interiora discutere. atq; tam diligenter singula peccata mortalia lia inquirere ac memorari: quemadmodū de re temporali ardua ac pōderosa conaretur. Exēplo illius fatui qui per negligentiam suā magnam thesaurum ac iocalia multa perdidit: Qui cogitabat atq; iterum recogitabat quot ⁊ quanta commoda poterat consequi ex thesauro amisso. Jdeo cum amaritudine cordis dolebat atq; vberrime flebat.

Sic peccatrix anima quasi fatua thesaurum infinitum ꝑ

cando perdidit. Ideo recogitando excellentiã illius summi boni nil maius excogitari potest: quod quidẽ est infinite bonitatis infiniti valoris: infiniti meriti: ⁊ quod per solam miseriã peccati illud amisit. Tunc in simili cogitatione agrauat anima vehementi dolore cordis. ꝓpterea in infinitũ si fieri posset dolere debet de offensa dei. Dignũ ꝗppe est vt sicut pro euitãda corporali morte oĩmoda diligẽtia obseruatur: sic exꝑdit vt pro recuperãda eterna vita eis cura ac vigilãtia cautius adhibeat testante Aug. ꝙ ait. Libẽter debet facere immortalis futurus ꝙcũꝙ faceret pro differẽda morte moritur⁹. Et ideo rex ſetũs Ezechias recognoscẽs se ipm nõ dixit. Cogitabo sed its ait. Recogitabo tibi oẽs annos meos ī amaritudine aie me. Nã recogitabo idẽ est ꝙ valde vel frequenter cogitare. qr ly re, augmẽtat ac reduplicat significatũ dictionis. Ille ergo qui recogitat petã sua quodãmõ cogit aim frequẽter illoꝝ reminisci: ⁊ tunc fit deo sacrificiũ gratissimũ de quo Dauid psal. i ait. Sacrificium deo spiritus ꝓtribulatus cor ꝓtritum ⁊ hũiliatum deus non despicies. Qñ esn petõr tractat in corde sua petã ꝓmissa cogitãdo affligitur ⁊ amaricat. ⁊ tũc eius spũs ỏr ꝓtribulatus ⁊ agitatus. O ꝙ suaue est deo pariter ⁊ angelis tale sacrifiũ. O vere ꝙtum acceptabile. Tunc cñ petã cõteruntur malleo ꝓtritionis. Ideo glo. sup isto passu. ỏt sic. Contritio cordis est sacrifium quo petã soluuntur. ⁊ Origenes ait. quanto amplius cõpungimur, tãto magis peccatoꝝ vincula relaxantur. Et cum subdit. Cor contritum ⁊ hũiliatũ deus nõ despicies. Notãdũ est fm glo. ꝙ prius dicit ꝓtritum postea hũiliatũ: qr nõ potest cor hũiliari coram sacerdote in confessione nisi prius fuerit ꝓtritum. Et sic patet responsio ad propositam questionẽ. Et per consequens hec dicta sufficiãt de primo requisito ad contritionem.

Ois dilligẽtia obseruatur ꝓ euitãda morte sic ꝓ recuperanda eẽna vita fieri debet.

De rege. ezechia.

Dõs spũs nr qõ dicitur ꝓtribulatus.

Origen.

Glosa.

¶ Qualiter ad verã cõtritionem requiritur verus dolor siue detestatio siue displicentia singulorum mortalium. Et multa valde pulchra ac necessaria documenta de dolore contritionis explicantur.

confessaõ dolor sacram. co. ⁊ dip. 4. Mat. 6.

Diximus scõo ꝙ ad verã cõtritionem requiritur verus dolor siue detestatio singulorum petõꝝ mortaliũ de ꝗbus in ꝓdicta examinatione diligẽs inquisitio facta fuit. Est ꝙ diligẽter ꝓsiderãdũ ꝙ petõr debet de petis suis ꝓteri pfecte ⁊ distincte. Primo enim oportet vt cõteratur pfecte sic vt nõ solum actũ sed etiam affectum peti tollat per detestationẽ voluntatis. Alioqn talis sic dolẽs nõ põt dici nec est cõtritus nec vere penitẽs: sed est simulatus ⁊ mercẽnarius Notãdũ ꝙ ista detestatio siue dolor de peccatis in voluntate nil aliud est ꝙ peccati displicentia qui excludit affectũ peccari ī quo consistit tota essentia contritionis. Et ideo Augst. in libello de vera ⁊ falsa penitentia ad Christi devotam dicit sic. Penitentia est quedã dolentis vindicta puniens in se quod do-

Duplicit dz hõ cõteri ỏ peccatz suis

Augst.

let cõmisisse. Et iterum in eo. lib. ita inqt. Sũt plures qs penitet peccasse: sed nõ oino reseruãtes sibi q̃dã in q̃bus delectẽtur. Nõ aduertẽtes dñz simul surdũ z mutũ a demonio liberasse. Per hoc docẽs nõ nunqz nisi de oibus sanari. Si eñ vellet ex parte pctã reseruari habẽti septẽ demonia, ꝓficere poterat sex expulsis. Expulit aũt septem vt omnia crimina simul emẽdãda doceret. Legionẽ aũt ab illo eiiciens neminẽ reliqt de oibus qui liberatũ possideret. Ostẽdens si pctã sint mille oportet de oibus penitere. hec August. Etiã Isso. in. ij. lib de sumino bono. c. xiij ỹt. sic. Ille penitẽtiã digne agit qui sic ꝑterita mala deplorat: vt futura iterũ non cõmittat. Nã qui plangit pctm̃ z iterũ admittit pctm̃ est quasi si quis lauet laterẽ crudum quem quãtomagis abluit tãto amplius lutũ facit. hinc Hieremias Trenorum. ij. c. ait. Effunde sicut aquam cor tuum ante cõspectum dñi: q.d. Sicut aqua simplex nec substãtiam nec colorẽ nec saporẽ nec odorẽ m̃ relinquit in vase vñ effunditur. sic pctm̃ eb eo q̃ vere cõtritus est totaliter in detestatione haberi dz: vt totaliter extinguatur. Et signãter ỹt in cõspectu dñi. qz propter ip̃m dz qlibet cõteri de pctis. Jõ Dauid in psal. l. ait. Tibi soli peccaui z malũ coram te feci. ¶ Scdo oportet vt peccator conterat distincte sic vt de quolibet pctõ mortali spiritualis habeatur contritio. Dignum quippe est vt qualis fuit in nobis intentio ad peccãdũ: talis etiã sit ad penitẽdum deuotio. Et grauiora quidẽ peccata grauioribus lamentis radenda sunt. vt ait Aug. Uñ Dauid in psal. ait. Potum dabis nobis in lachrymis in mensura. Que quidẽ mẽsura ꝑm glosam intelligitur pro modo culparum. Jdeo Grego. exponens hoc verbũ Dauid ita inquit. Potum dabis nobis in lachrymis in mensura: vt videlicet mens cuiusqz tanto puniendo vel penitedo cõpunctionis sue lachrymas bibat q̃to se meminit meruisse per culpas. Etiã super illud Hieremie Threnorum. iij. c. Diuisiones aquarũ deduxerũt oculi mei: glosa sic ỹt: Diuisas quippe in oculis aquas deducimus cum pctis singulis disparitatis lachrymas damus: vt ꝑm multitudinẽ delictorum sit effusio lachrymarum. Et Dauid in psal. ait. Lauabo per singulaa noctes lectum meũ lachrymis meis stratum meũ rigabo. Super quo verbo Cassiodorus dicit sic. Per singulas noctes intelligere debemus singula peccata superq̃bus singulariter flere debemus ad hoc vt lauetur lectus nostre ꝓscientie. Patz igit ex dictis q̃ peccator sic debet dolere vt de vno q̃z pctõ mortali habeat specialis contritio. Ratio aut̃ huius assignat a S. Tho. in. iiij. sententiarum distin. xvij. vbi querit. Utrum de singulis pctis mortalibus requiratur cõtritio. Nã ỹt. Diuersorum morborũ diuerse sunt medicine: qz nõ sanat oculum quod sanat calcaneum. vt dicit Hiero. sed cõtritio est medicina singularis ꝓtra vnum tantum peccatũ mortale: ergo nõ sufficit vna cõis ꝓtritio de oib⁹. sz oportet ꝑ quolibet morbo mortali spe-

Isidor⁹.

Hieremias.

Scdo dz hõ cõteri distincte.

Dauid.

Glosa.

Gregorij

Dauid.

Cassiodorus

S. Tho. De omni pctõ mortali ỹbet haberi spãlis cõtritio.

cialem habere medicinā: scz cōtritionē. Preterea ſm Tho. eadē diſt. Et Vincentiū in ſpeculo morali. lib. iij. parte x. diſt. vj. In oi pcō mortali eſt actualis auerſio voluntatis a deo, z ꝓuerſio ad pctm̄. Et qz cōtraria cōtrarijs curant: ideo opz q in oi remiſſione pcti mortalis ſit etiam actualis auerſio voluntatis a pctō, z ꝓuerſio ad deū. Que quidē auerſio voluntatis a pcō dr ꝓtritio. Durities eñ volūtatis manētis in pctō non tollitur: niſi per voluntatis oimodā fractionē, q̄ appellatur ꝓtritio. Et iterū. Contritio per ꝓfeſſionē explicatur: ſed opz ſingula pcta mortalia cōteri: ergo oportet de ſingulis conteri. Patet ergo q̄ de oj pctō mortali requiritur ſpecialis contritio.

Jdē ꝓbat alia rōne.

Alia rō.

Oia vana ſunt: niſi cor ſit bñ diſpoſitum.

¶ Multi decipiuntur credentes habere contritionem.

Scylla

Sed in hoc loco petōr diligēter attēdat ne ꝓprio ſenſu decipiat. Et ne forte incidat in ſcyllā cupiēs vitare caribdim. nam ſunt nōnulli q̄ leuiter tranſeuntes ore mm̄, z nō corde de ꝓpetratis culpis ſe dolere ſimulāt. Et ſunt alij petōres grauiſſimi hñtes q̄dē attritionem aut leues cōpunctiones, quī th̄ in pctis ꝓſeuerāt. Quidā ꝥo hñt pia deſideria, deuotos affectus, dulcedines ſpūales: nōnulli opa de gñe bonoꝝ exercētes de intimis pectorib⁹ longa ſuſpiria trahūt, qui etiā poſt varios gemitus lachrymas vberrime fundunt. Sed ſi'es fletus ac gemit⁹ nō ſufficiūt peccatrici aie: niſi ex vera cordis cōpunctione reatū ſuū ſatiſfactiōe legitima plāgat. Ideo nota ſm dñm Joānē gerſon in. iij. parte ſumme in tractatu de canticordo: vbi dicit q̄ nō ſemp illi hoīes ſunt dicēdi deuotiores, aut virtuoſiores, aut ſanctiores q̄ magis abūdant in gemitibus z lachrymis, z quibuſd ā cōpunctionib⁹ cordis carnalis, ad q̄ ſexus femineus eſt magis ꝓnus z inclinatus: cuius ratio in hoc eſt: nam vt ſepe videmus ꝓtingit duos eſſe, quoꝝ vnus ex cōplexione naturali hz cor ſtrennuum ad virilia: nec ad lachrymas diſpoſitum: ita vt vix vel nunq̄ flere poſſit. Erit autē alter cordis feminei, qui ad oēm miſerationis occaſionem ex affectus teneritudine in lachrymas cōmouebit. Et th̄ ſtat q̄ primus eliciet deteſtationē pcti ſui intenſius in aio fortius, z laudabilius in caſu q̄ alius. Talis ḡ ſic deteſtans pcta ſua nō durū habere cor: ſed molle dicēdus eſt. Cōſiſtit ergo dolor vere pnie in ſola ratione, quī dolor libero ſubiacet arbitrio. hic dolor eſt diſplicētia ſiue odiū vel deteſtatio elicita cū gratia, q̄ ſufficit ad deteſtationem pcti. Etiā ſuppoſito q̄ nullus dolor i corpore ſequeretur.

Nota qđ dicit Joānes Gerſon de lachrymis z gemitibus.

Lachryme corpales parū valēt niſi cor fuerit diſpoſitum.

¶ Et nota q̄ verus dolor de pctis dr dolor maxim⁹: qz de nulla re altera tpali tanta deteſtatio elici debet a corde ratiōis. Sicut nullū eſt damnū pene qđ equipareť dāno culpe: nō eſt ergo mēſuranda bonitas pnie ſm dolorē partis ſenſitiue: ſz multomagis ſm dolorē partis intellectiue z rōnalis. Jdcirco peccatrix alia in hmōi lachrymis ac gemitib⁹ nō multū ꝓfidat: qz talia plerūq̄ ꝓter gratiā, z ſine merito accidūt. nā q̄nq̄ etiā turci, judei, ſarra-

ceni: ac gentiles in riuꝭ suis, ꝛ sacrificijs pariter ingemiscũt, et lachrymant exaffectiõe quã hñt ab illa: nec mirũ. Cũ eñi hõ sit creatura rõnalis dña suoꝝ actuũ hñs liberũ arbitriũ ad bonũ ꝛ ad malũ naturalꝛ horret ꝓ. tñ. Rõ hui⁹ est. Qꝛ hõ ꝙstituit in spẽ palam rõnalẽ: vt ót S. Tho in. j. q. lxxj. art. ij. Jõ cẽ illud qõ est ꝗ ordinẽ rõnis ꝓprie est ꝓtra naturã hois inçtũ hõ est. Bonum aũt hois est ꝼm rõnẽ esse: ꝛ malũ hois est ꝓter rõnẽ esse: vt Dionysi⁹ ót. iiij. c. de di. no. vñ ꝓtus hũana q̃ hoiem facit bonũ, ꝛ opus ipsi⁹ bonũ reddit intñ est ꝼm naturã hois inçtũ quenit rõni. Petñ ꝛo intñ est ꝓtra naturã hois inçtũ est cõtra ordinẽ rõnis hinc Aug in. iij. lib. de li. ar bi. Oẽ vitiũ eoipso qõ vitiũ est ꝓtra naturã est. Et Hier. ad Mauritij filiã sic dicit. Agnosce tibi a deo artifice nõ ad vitia: sed ad ꝓtutes mẽbra formata. Etiã Lactanti⁹ in. vj. lib. diuinaꝝ instõnũ. c. vj. ita inqt. Disco: dia igit atq; dissentio nõ ꝼm hois rõnẽ: verũq; est illud Ciceronis qõ ait. Hominẽ nature obedientem hoi nocere nõ posse. Ergo si nocere hoi ꝓtra naturã est: pdesse igitur hoi scõm naturã sit necesse est. Quod qui nõ facit hois se appellatione dispoliat. Hec Lactan. Teste quoq; Bernardo supꝛ cãtica: virtutũ opus nature est, ꝛ veniunt ad alũ sine labore: vitia ꝛo voluntati ꝛia, ꝛ repugnantia rõm. Patet ergo ex dictis q̃ vitia, ꝛ petã sunt ꝓtra naturã hois. Et idcirco si gemitus ꝙpunctiones suspiria desideria: lachrymę remorsus ꝙscie, ꝛ hinõi accidunt naturalꝛ hoi non est mirandũ: nec silꝛibus ꝙfidendũ vt diximus. Quisq; ergo realꝛ vitã suam emẽdare ac deo recõciliari intẽdit nõ dz vti sophismatibus aut verbositatibus: qꝛ teste Lactãtio. Nihil ꝓdest intrusam habere ꝙsciam patiẽtibus deo. Quid agis ergo. O peccatrix aia? Quid machinaris? Quid cogitationib⁹ estuas? Custos te tuus sequitur. Deum vtiq; habes testẽ, qui nõ querit a te folia: sed fructus dignos pnie. Jdeo expedit oi⁹no: vt duritia voluntatis manentis in petõ tollatꝛ ꝓ olmodã volũtatis fractionẽ, q̃ ꝓritio vel displicentia volũtatis appellatꝛ: vt supius diximus. Tãtoq; magis dz petõr ꝓnus esse ad lamẽtũ ꝛ fletũ q̃sto fuit audacior ad culpam. Abscindatꝛ itaq; ferro acute cõpunctiõis vlcus inueterate ꝙsuetudinis. Qꝛ vt ait Hier. in obiurgatione acerrima ꝓtra Susannam lapsam. Secm ꝙscie molẽ exhibenda est pnie magnitudo. Teste quoq; Ambro. in lib. de pnia. Qui culpam exaggerauerit exageret pniam: maiora eñ crimina maioribus abluuntur fletibus. Erit eñ derisio potius q̃ ꝓritio: si hoi assit exterius fletus corpalis, ꝛ intus obstinatio voluntatis. Si strepitu ꝛboꝝ deum laudat, ꝛ corde vituperat. Jntus nero foris carno. Jntus diabolus foris angelus. Jntus lupus foris agnus facies ouina: sed cõscientia lupina. Et qꝛ teste Seneca multo magis ad rem ꝓtinet quales tibi q̃ q̃lis vel quãtus alijs videaris. Jdcirco oi cũ diligentia cauendũ est: ne ala peccatrix hypocrisi, aut simulatione aliqua sit inuoluta: qm̃ expedit vt oi fictione postposita verũ de

hõ naturalꝛ horret pcm̃. S. Tho.

Dionysius.

Augustin. Hieron. Lactan.

Bernar. Lachrymę ꝛ gemitꝰ accidunt hoi naturalꝛ iõ in illis nõ est cõfidendũ. Lactan.

Hieron. Ambro.

Simulatio ꝛ hypocrisis.

lorem habeat sic vt affectus peti ſm omnē ſui partē totaliter a' cor de amputet. Et tūc ſecure cātare poterit illud Dauid. Dirupiſti dñe vincula mea/tibi ſacrificabo hoſtiā laudis: et nomē dñi inuocabo. Et itez. Laqus ptritus eſt. et nos liberati ſumus.

¶ Impoſſibile eſt ſeparare dolorem a contritione.

